



DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
TESTAMENTIS
FRANCOFORDIENSIVM
CORAM TRIBVS SENATORIBVS
VEL EORVM VICARIIS CONDITIS

17
18

1796, 2

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET GVESTPHALIAE
LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

CONSENTIENTE
ILLVSTRI IVRISCONSVLTORVM ORDINE
PRAESIDE
CAROLO FRIDERICO WALCHIO
IVR. DOCT. SERENISSIMI DVGIS VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILII IVSTITIAE INTIMIS AC SERENISS. DVGIS GOTHANI ATQVE ALTENBVRGENSIS CONSILIARIO AVLICO COD. ET NOVELL. PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROV. DVGALIS COMMVNIS ADRESSORE AC SCABINOR. COLLEGII ET IVRISCONSVLTORVM ORDINIS SENIORE

PRO
IVRIVM DOCTORIS DIGNITATE
A. D. VI. FEBR. MDCCCLXXXVI.
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI
SVBMITTIT
AVCTOR
FRIDERICVS MARCVS LINDHEIMER
MOENO - FRANCOFORDIENSIS.

— — — — —
IENAE
LITTERIS GOEPPERDTII.



UNIVERSITÄT WÜRZBURG
TESTAMENTS
F. J. G. O. R. D. E. N. S. I. V. M.

RECTOR ACAD. PAUL M. H. G. I. C. H. T. I. S. S. I. M. O.
S. P. E. C. I. A. L. I. S. T. I. B. I. L. I. O. T. I. C. I. S.

D. O. M. I. N. O.
C. A. R. O. L. O. A. V. G. V. S. T. O.

IN VESTRI IURE CONS. TORVM ORDINE

C. A. R. O. L. O. A. V. G. V. S. T. O.

I. V. R. I. V. M. D. O. C. T. O. R. I. S. P. R. O. C. I. A. T. I. S.

F. R. I. D. E. R. I. C. U. S. M. A. R. C. U. S. L. I. N. D. H. E. I. M. I. U. S.

IN AN
H. I. T. E. R. I. S. G. O. E. T. T. E. R. I. S.



LIBERAE S. R. I. REIPUBLICAE
MOENO-FRANCOFVRTENSIS
SENATVI SPLENDIDISSIMO
VIRIS

PERILLVSTREBVS MAGNIFICIS
GENEROSISSIMIS CONSVLTISSIMIS
PRVDENTISSIMIS GRAVISSIMISQVE

DOMINIS

PRAETORI

CONSVLIBVS

SCABINIS

SYNDICIS

SENATORIBVS

ET NOVEN EX HIS QVI

AVGVSTISSIMO IMPERATORI

SVNT A CONSILIIIS

PATRONIS AC FAVORIBVS

OMNI CVLTV PROSEQVENDIS

HOC
INAUGURALE SPECIMEN
EA QVA DECEET REVERENTIA
CONSECRAT
ET
PRO PERPETVA FELICITATE
ATQVE
INCOLVMITATE
MANTORVM VIRORVM
PIA VOTA NVNCVPAT
SENATORIBVS
FRIDERICVS MARCVS LINDHEIMER.



DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
TESTAMENTIS FRANCOFORDIENSIVM
CORAM TRIBVS SENATORIBVS
VEL EORVM VICARIIS CONDITIS.

§. I.

ETSI vetus sit opinio, penes Germanos nulla fuisse testamenta, ac vel minimum extra dubitationem positum, didicisse maiores nostros modum illa condendi iure ex Romano a); tantum tamen absuit, vt illa silentio praeterirent, media aetate, in legibus suis, vt multa ac varia potius ibi de iis iuris publici facerent praecepta. Euenit hoc eo potissimum tempore, quo iam introducta essent testamenta; mores vero suos Germani, litteris designare inciperent, iuribus fere sublatis, quae a regibus Francorum ipsis essent data. Licet eum potissimum in finem id factum sit, vt factas tectasque seruarent consuetudines patrias eandemque ob rem conditores harum legum caute abstinerent a sanctionibus iuris Romani; eas tamen, quae de vltimis voluntatibus eius in libris inueniuntur, ita iis imbuta esse constat a clericis, vt religioni ducerent, illas negligere ac potius in iuribus suis prouincialibus aequae ac municipalibus copiose exponerent, hasque ciuibus suis denuo inculcarent. Quoniam hoc modo quoque in eorum perueniebant notitiam, qui hospites ac peregrini

a) TACITVS de mor. German. cap. 20. IO. GOTTL. HEINECCIUS, de testamenti factione iure Germanico ar-
ctis limitibus circumscripta, Halae, 1794.



grini in lingua latina, haud haurire eas poterant iure ex Romano: multi summam solum earum legum, quae iure in civili reperiuntur, exhibebant; alii vero easdem vel hoc, vel illo modo reformare studebant. Quum, quod isti tradunt, nullam meretur attentionem et si quoque lumen quoddam desiderat, ei accendi potest facillime a quolibet, qui paululum versatus est in iure Romano; neque hac in re praesidium petere potest ex scientia iuris Germanici, licet iam iura sint statutoria; vel municipalia, quae interpretatur: tanto maiore cum cautione adgreditur ea capita iurium, modo memoratorum, de testamentis, quae haud derivanda sunt ex legibus peregrinis; sed in patria nostra potius nata, atque ita comparata, ut cultori iuris patrii, illa perscrutanti, latiorem aperiant campum, quo eius scientia excurrere queat ac dignosci, hicque, operam oleumque se haud perdere sentiat, sed innumeris aliis iuris patrii legibus facem praeferre se posse, laetus videat, si illa attentione sua digna putat.

§. II.

CONSIDERATURVS itaque praecepta iuris patrii de testamentis coram tribus senatoribus; vel eorum vicariis condendis, paullo curatius, superuacanei operis culpam haud metuo, quamvis multa haece de ultimis voluntatibus congererit satis ille notus interpret reformationis Francofordiensis, IO. PHIL. ORTHIVS *b*) atque ante me labore, quem iam suscipiam, fungi voluerit CHRIST. THEODOR. METZLERVS *c*); multo latius autem progressus sit vir, cuius immortalia in ius patrium existunt merita, HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG; *cc*) neque minus recentio-

b) in den Anmerkungen über die Reformation der Stadt Frankfurt am Main, Fortsetzung II. p. 211. lqq.

c) de differentiis iuris comm. et statutorum Francofurtensium in materia ultima voluntatum, Lugd. Bat. clolcccxxi.

cc) *disquis. qua testamenti publici originem et solemnitates extrinsecus se-*

candum ius Romanum ac patrium praecepit statutum Francofurtense, part. IV. tit. 1. et 2. immitur, Cötting. clolcccxxvi. Ei sese opposuit RAVMBURGERVS in dem eilfertigen Sendschreiben eines franckfurtischen Vaters an seinen auf Vniuersitäten studierenden Sohn, clolcccxxvii. ac SENCKENBERGIO denno occasio-
nem



ri tempore Io. DANIEL HOFMANNVS d) idem dicendi argumen-
 tum persequi studuerit. Omnia ea, quae Francofordienfes mu-
 tuati sint in doctrina de testamentis iure ex peregrino atque
 ex eodem nonnumquam ad verbum descripserunt, missa facio;
 neque ad reliqua eorum placita animum aduerto, quae sunt pa-
 tria. Quum princeps eorum satis celebris est sanctio de
 modo coram tribus senatoribus vel aliis, civibus, fide dignis, de-
 standi, in reformatione nostra praescripto, ei vnice stu-
 dia mea consecro, ea ratione, vt imprimis legibus lucem, quam
 adhuc hac in re desiderare mihi videntur, pro virium ratione
 accendam; simul autem ea, quae alii iam de eadem protulerint,
 haud penitus silentio praeteream; sed si quidquam contra ea mo-
 nendum duco, illud ingenue ac modeste indicem.

§. III.

Si ante omnia ad veram originem horum testamentorum
 respicimus; nullo modo cum ORTHIO e) existimare possumus,
 chartam illam, quam primum iuris publici fecit SENCKENBER-
 CIVS f), ultimam voluntatem; secundum hanc formam anno
 1600 conditam complecti. Haud solum scabini; vel
 senatores; sed praeter eos plures alii nominantur, in quorum
 praesentia legatum hoc factum est, et si quoque privilegium
 WENCESLAI g) occasionem praebuerit senatai formam hanc
 introducendi, tuto tamen statuere non licet, eam iam ipsi
 placuisse; antequam memoratum impetrarent privilegium;
 vel per illud esse confirmatam. Quum censerent, non, nisi
 iudicis auspiciis transferri posse in quemdam heredita-
 tem

A 2

nem praebuit, dicendi argumen-
 tum latius persequendi. Factum
 id est in der weiteren Ausführung
 von gerichtlichen Testamenten bey den
 Teutschen, Göttingae, 1600. XXXVI.
 d) observationibus de testamenti fa-
 ctione publica Francofurtensi, Tubin-
 gae, 1600. LXXIX.

e) Anmerkungen über die Refor-

mation der Stadt Franckfurth am
 Mayn, Fortsetzung II. p. 215.

f) in diff. citata. p. 70.

g) apud SENCKENBERGIUM loc.
 laud. p. 72. Eadem chartam ex-
 hibet ORTHIVS, loc. memor. p. 74.
 Io. AD. KOPP, de testamentis Germa-
 nor. iudicialibus et sub dio conditis,
 p. 20. Iqu.





tem hocque modo bene memores essent praecepti patrii, quod in utroque traderetur speculo *h)* atque a iure communi discedere vellent; omnino privilegio imperatoris opus esse credebant hacque ratione providentiam aliarum civitatum imitabantur, qua, uti in primis ERN. IOACH. DE WESTPHALEN *i)*, CHRIST. GOTTL. RICCIUS *k)* ac CHRIST. HENR. ECKHARDVS *l)* abunde demonstrant, non; nisi venia ab imperatoribus; vel principibus, eorum potestati subiectis, impetrata, praeceptis iuris communis derogare iisque quidquam constituere auderent, quod inferiret ad conservandos mores patrios. Factum illud esse constat anno *clcccxcv l)* minime tamen simul ibi testamentorum mentio fit coram tribus senatoribus; vel aliis viris, fide dignis, conditorum. Quum haec ibi legimus: *wer eygen oder Erbe in der vorgenannten Stat zu Franckensfurt oder in dem Gebiete oder in der Terminen daselbs gelegen, verkaufen oder vffgeben sollte oder wolde, der solde das vffgeben vor Scheppfen und Rate daselbs, als das herkommen ist und nyndert anders, vnd ob darüber die vorgeschriben eygen oder erbe mit Briuen oder suft vffgegeben würden anders dan als vorgeschrieben stet, das sol kein Crafft oder Macht haben. Auch welch Bürger oder Inwohner zu Frankensfurth Besetzunge oder Giffunge ein treuwenderschafft, einer Mumparschafft, oder sunst bestellen oder besetzen. wolde der sol das tun mit Willen vnd Wissen des Rates zu Frankfurt oder wem es der selbe Rate beuilhet vnd anders nicht, vnd welcher das anders besetzte oder bestellte, in welche Weige das were, das sol keinerley Crafft oder Macht haben: wer es auch das dheinerley Besetzunge, Bescheidungge oder Giffunge von Treuwenderschafft, Mumparschafft oder suft besagte bescheidenggeifte oder bestalt were vnd der Rate zu Franckensfurth erkemte oder*

in

h) ius prou. Saxon. libr. i. art. 52. ac specul. Sueuicum, cap. 355. p. 33. ed. BERGERI.

i) praefat. tom. III. monumentor. ineditorum, p. 57.

k) in dem Entwurf von den Stadtgesetzen, libr. i. cap. VII. p. 125.

l) hermeneut. iuris, libr. II. cap. I. p. 651.

ll) Clare hoc liquet ipsa ex charta,

vti eam exhibet SENCKENBERGIVS ac sine dubio iniuria typographi euenit, vt in eius dissert. de origine testamenti publici p. 52. annus 1313. memoretur; nescio tamen, quo iure eodem anno Wenceslaum privilegium hoc dedisse, quoque adferat. IO. DAN. HOFMANNVS, loc. memor. p. 25.

in beduchte das von solcher Besetzung, Bescheidung, Giftunge oder Bestellung dem Rate oder der Stat zu Frankensurth oder den Bürgern oder Inwohnern dafelbs Criege, Zeveyunge oder Irrunge entstanden were oder enstehen mogte: solche besetzung, Bescheidung, Giftunge vnd Bestellung sol absein und kein macht haben. Haec iis, quae protuli, si paullo curatius rem ponderamus, omnino fidem faciunt. Respicere quidem ista ad ultimas voluntates, merito ex vocabulis: Besetzung, Giftung Bestellung ac Bescheidungen, concludimus. Iam OTTFRIDVS m) sub Gist donum intelligit ac cum ipso conuenit auctor speculi SVETICI n) eandemque notionem in statutis suis antiquioribus huic vocabulo tribuunt HAMBURGENSES o). FREYBERGENSES legare quidquam nominant bescheiden p) atque alii testamenti factionem eine Bestellung vocant q). Inprimis FRANCOFORDIENSES legatum vocabulo der Besetzung, designant r); nihilo tamen minus ita haec verba adhibentur in charta nostra, vt omnino obscuritas quaedam deprehendatur. Coniunguntur ea, etsi vnam eandemque rem significare videantur, quumque ea est orationis structura, vt cuius mentionem faciat, der Besetzung oder Giftunge einer treuenhenderschaft, einer münparerschaft, oder sunst bestellen; oder besetzen will; paullo autem post sermo sit, von besetzungen, bescheidungen oder giftungen von Treuenhenderschaft, Münparerschaft oder sunst besagte, bescheiden, gegist oder bestallt weren, inprimis ea memorantur testamenta, quibus executores testamentarii, apud Francofurtenses sub nomi-

A 3.

ne

m) lib. v. cap. 24. vers. 52.

n) cap. cccxviii. tom. v. corp. iuris Germanici KOENIGII A KOENIGSTHAL, p. 375. Ad das codicem iuris Lubecensis germanicum, art. 200. apud WESTPHALEN monumentor in edito um, tom. III. p. 465. SCHIL-

TER, glossar. teutonico, p. 364.

o) altes Hamburgisches Stadtrecht, in ven. PRAESIDIS tom. VI. der vermischten Beyträge zum deutschen Recht, p. 120.

p) in denen Beyträgen zum deut-

sehen Recht, tom. III. p. 169. et 169. Ad das statuta Rigenfia, part. VII. cap. 1. p. 41. ed. OELRICHS ac statuta Hmensia, in den Beyträgen, Tom. VI. p. 19.

q) HALTAVS, glossar. Germanico, p. 155.

r) IOEM, glossar. p. 146. Loquendi formula: testamente setzen inuenitur in iure Hamburgensi de ann. 1497. in den Beyträgen zum deutschen Rechte, tom. VI. p. 120.



ne *der treuhendere*; vel *derer Momparen* s); non, nominantur
 iisque quidquam relinquitur; per id tamen aliae vltimae volunta-
 tes haud excluduntur. Iam id significat WENCESLAVS particula:
oder suft; inprimis autem illud perspiciamus ex explicatione ho-
 rum verborum, quae partim continetur in decreto senatus ann.
 cLXXXIII ^{b)} partim in privilegio MAXIMILIANI ^{v)}, quum
 in priori loco omnium harum ordinationum solum mentio fit
 sub nomine *der Besetzungen*; in posteriori autem illae *testamen-
 te, Besetzungen oder letzte Willen* dicuntur. Omnia haec li-
 bens concedo: tantum tamen abfuit, vt FRANCOFORDIENSES
 supra memorato privilegio licentiam, coram quibusdam membris
 senatus testandi impetrarent; vt testamenti potius factionem ar-
 ctioribus limitibus circumferbere atque illam, quae secundum
 iuris civilis principia infcio magistratu coram septem testibus
 suscipi poterat, tollere studerent, eumque in finem privilegio
 caesareo opus sibi esse, persuasum haberent. Profecto superfluum
 ipsis id esset visum, si solum isto tempore in mentem venisset,
 modum introducere, coram tribus scabinis; vel aliis senatoribus
 testamentum condendi, quum iam dudum potestatem, praeter ius
 commune quidquam statuendi, adrogauerint; neque, hoc confirmari
 oportere a caesare, sint arbitrati ^{w)}. Rex profecto curatius
 determinasset, quibus senatus officium testis testamentarii
 demandare deberet; neque penitus libero eius arbitrio reliquisset,
 cuiam negotium hoc committere vellet; praeterea autem reliqua
 capita totius privilegii abunde docent, solummodo eundem lege
 hac cauere voluisse, ne in detrimentum reipublicae ciues
 dominio rerum, quas possiderent, abuterentur easque piis
 corporibus relinquerent. Hoc quum evitari potuerit, si
 quoque haud e senatorum ordinibus eligendi essent, qui
 testium partibus in testamenti factione fungerentur, nil
 quoque hac de re sancitum est; ybi autem eiusmodi abusus
 omni-

s) ORTHIUS, *loc. memor.*

z) apud ORTHIUM, *loc. m.* p. 212.

v) apud eundem, *loc. laud.* p. 675.

w) abunde hoc testantur statuta illa Francofordienfia, ann. cLXXXIII.

condita et a SENCKENBERGIO, *tom. I. selector. iuris et historiarum*, p. 1. atque ORTHIO, in *denen Zusätzen zu denen Anmerkungen über die Franckfurthische Reformation*, p. 325. in lucem edita.



omnino esset metuendus, si non moderari liceret senatui alienationes inuim, siue fierent inter viuos; siue mortis causa, easque irritas declarare, quae ipsi displicerent, ne detrimenti quid caperet res publica: vnicum hoc est, quod intendit WENCESLAUS; neque nobis nunc mirum esse potest, quid sit, quod privilegio, vt id obtinerent, opus esse, crederent atque augmentis, illo ipsis concesso, haud clarius atque euentius documentum gratiae exhibere se posse putaret.

§. IV.

QVVM, rebus ita comparatis, testamenta haec ex privilegio WENCESLAI haud deducere possumus, non solum ipsum senatum in errorem incidisse statuimus, quam decreto paullo post condito contrariam amplectitur sententiam ac eo tradit: *Item vff solich Priuilegium Wenzlai, als der Rat vnd Stat zu Franckfort vom Riche han, wie eyn Burger von Franckfort sin Besetzung sin möge vor dem Rate vnd des Rates Frunden y);* verum etiam falli quoque amplissimum ordinem videmus in paullo recentiori decreto, quo ait: *als der Ratt diser Statt zu Franckenfurth nach Inhalt des Priuilegiums, Inen und gemeiner Statt von dem allerdurchlauchtigsten, grosmechtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Wenceslao Römischen Koenig der Besetzung halber gegeben, ein Statut vffgericht vnd verkunden lassen, dasz welcher Burger oder ein weltlicher Beyfafs seyn Besetzung thun wolle, dasz solchs vffs minst vor drien des Rats bescheen soll z)* hancque in rem ab omnibus illis iurisconsultis recentioribus, qui idem existimant et nominatim a Io. DAN. HOFFMANNO a) discedimus. Probe quoque id perspexit Io. FICHARDVS, qui, vti constat, de iure nostro patrio immortaliter est meritis, ac longe maiore adcuracione rem tetigit, quam potius flatu meminit, ab imperatoribus confirmati b). Est illud modo memora-

y) apud SENCKENBERGIUM, l. i. *select. iuris et historiarum*, p. 566. atque ORTHIVM in *der zweyten Fortsetzung der Anmerkungen*, p. 212.
z) apud eundem, *loc. laudato*, p. 219.

a) de *testamentifactione publica Francofurtensi*, §. VII. p. 23.

b) *reformat. Francofordiensi, part. III tit. I. §. I.*



tum decretum ann. c1000cxv. conditum. SENCKENBERGIUS c) primum id in lucem protraxit d); longe curatius vero postea illud describendum curavit eumque sequutus est ORTHIUS e). Quum is, cui cura, illud litteris designandi, esset demandata, nimium festinanter id faceret ac Wenceslao tribueret, quod ipsi eius in privilegio haud in mentem venit: clare ex ipsa decreti formula definire non possumus, vtrum modus, coram tribus senatoribus testandi, per illud primum sit introductus; an id paullo ante factum, quum duorum senatusconsultorum, ea de re conditorum, mentio sit et de priori solum traditur, illud sequutum esse privilegium, ante tamen; quam posterius adparuit, factum: huic vero posterius accessit, quo denno coram tribus senatoribus testari sit permissum et qua ratione illud condi debeat, definitum. Verba eius haec sunt: *vnd der Rat vormals daruff überkommen ist, wann einer sin Besetzung tun wolle, das er das tun sulle vor denen des Rats Frunden, die sin Scheffen oder Rat: daruff hat der Rate hute zu tage aber sonderlich gecleert vnd vberkommen:* verumtamen certum est, testamentum antiquissimum, quod hoc modo factum ac benigniore fortuna conservatum, aetatem memorati senatusconsulti haud attingere f). Nihil quoque in duobus illis iuribus, quae iam ante memoratum decretum exstarent, de hoc modo testamentum condendi, legitur g) et memoratu quoque dignum, quod ciuitas Francofordiensis ab imperatore Maximiliano peteret, vt morerent

c) tom. I. *select. iuris et historia- rum*, p. 566.

d) in der *weitem Ausführung von testamenten*, p. 66.

e) *loc. memorat.* p. 212.

f) factum hoc testamentum est anno c1000cxvi. coram Siegfried von Spier, Scheffen, Henrich Kvanck, vnd Io. Wyffe, zum Rebestocke, Rathherren zu Franckenfurd, vti illud exhibit ACHILL. AVGVSTVS DE LERNER, in der *Chronica der Reichs-Wahl- und Handelsstadt, Franckfurth am Mayn*, p. I. cap. VII. p. 97.

g) sub hisce iuribus intelligo partim statuta antiquissima, quae ann. c1000cxvii. sunt compilata atque edita a IO. PHIL. ORTHIO in der *dritten Fortsetzung der Anmerkungen über die erneuerte Reformation der Stadt Frankfurth*, p. 95. partim ea, quae ann. c1000ccli. sunt edita ac vulgata a SENCKENBERGIO, *select. iuris et historiaram*, tom. I. p. I. et IO. PHIL. ORTHIO, in den *Zusätzen über die Reformation*, p. 325.

rem memoratum confirmaret, ac simul eum a centum abhinc et quinquaginta annis receptum esse, testaretur; Francofordienfibus autem profecto forma haec testandi haud in mentem venisset; nisi secundum mores patrios isto tempore maxima fides scabinis in rebus coram ipsis gestis haberetur iique potissimum adhiberentur in negotiis, quae prae aliis memoratu essent digna, haecque eorum testimoniis probari possent, ubi verendum esset, haecque eorum deleret memoriam. Quum iam apud SVSANTENSES satis firmata haberetur donatio ab uxore marito facta, si, ut eorum verbis utar, sub *testimonio bonorum virorum* data atque eorum in censum omnes scriberentur, qui viri essent bonae opinionis h); BREMENSES vero ex civium, bona possidentium immobilia numero eligerent, qui iurisiurandi vinculo adstricti sub nomine iuratorum, *der Geschwornen*, gravioribus interessent negotiis, et de eo, quod gestum sit, testimonium fide dignum exhiberent, uti HERMANNVS BÜSING i) satis docte exposuit: alibi iam dudum obtinuit, ut in primis vltimae voluntates coram senatoribus quibusdam conderentur hique testimonio suo testamenta corroborarent. In codice iuris LVBECCENSIS, anno cIoIoccxL condito et ab ERNESTO IOACHIMO DE WESTPHALEN k) vulgato, legimus: *so we sin testament macket, de scal it doen in twier ratmanne antworde, wante wo he it voget, vor en van sineme gewonnenen gude, dat blift stede, wert den darne twist van deme testamente, so wes sic de Ratman ne de dhar over weren begripet bi erene edhe, oder er en na des andern dodhe, dat dar geschen si, dat schall stede bliven. Begripet se oe sic bi ereme edhe dat he mechtech were sner sunne vnde en march punt wegen mochte de he sin testament mackede, so blift id al stede.* Si cum his recentiora iura comparamus, ea haud quidquam aliud

h) art. 23 IO. CAR. HENR. DREYER, *de cespitalitatis requisito in testibus inabilibus*, §. III. lq. ac THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAUSIVS, *commentar. in ius Sufatense art. xxviii. p. 100. lqq.*

i) diss. de iuratis, ad illustrandum

statuta quaedam Bremensia, praesertim LV. et LVI. et LXXXIX. recentioris collectionis, de anno cIoCCCXXXIII. Goettingae, cIoCCCLXXXV.

k) *monumentis ineditis, tom. III. p. 657.*



aliud introduxisse videmus. Quam in vno eorum, quos media illis aetas, codicum claris verbis haec sancita sunt l): wor ein Man in seinem Doedtbette licht, vnd let halen twe Radtmann, de de Rad dartho sendet vnd is he redelick finer Sinne vnd mechtig seiner Sede na Lubsehen Rechte, was he dar vorgift, dat is so vele effte he ein Testament gemacket hat: in statutis Lubecensibus, quae adhuc vigent, scitum est m): Wann iemand ein mündlich testament nuncupatiuum genant machen wil, der sol es thun in Gegenwart zweyer Rathsmannen, vnd wenn er solches vor ihnen machet von seinem wohlgeuonnenem Gute, so ist es beständig, als wenn er ein Testament in scriptis gemacht hette. Entstehet nun irrung über diesem Testament, was alsdenn gemeldete Radtmann oder eines nach des andern Todte von dem testatore eingenommen hetten, bei ihrem Eide aussagen würden, das alles soll krefstig vnd bey Macht bleiben. Eth HAMBURGENSES in antiquissimo iure suo testamenta prorsus silentio praeterirent, atque in memoriam forsitan reuocarent, quod de maioribus nostris animaduertit TACITVS: longe alia rerum fuit facies, quum medium ius adpareret hocque tempore iura peregrina tot inuenerunt fautores, vt omnino norma opus esset in testamentis condendis. Vsque eo illorum auctoritas haud valuit, vt quoque testandi modus, quem ibi inuenimus, ab ipsis introduceretur; sed adoptabant ciues HAMBURGENSES hac in re principia, quae dudum ante illorum vicinis, LVBECENSIBVS, placuerunt n): Szo wor eyr man syn testamente settet, de de krank ys, vnde an synem lesten ende lycht, vor twen Radtmännem, de dar vum Rade ghesant werden, Storue der Radtmann eyn, so mach de andere mol tughen allene, wo dat testamente ghesette ys vnde schal dar mede stete syn. Vnde leuendyge radtmann, schal den doden Radtmann nomen by synem

l) in adpendice observationibus HENR. BROCKES, adiecto, p. 34.

m) libr. II. tit. 11. §. 2. IVST. HENN. BOEHMER de prudentia legislatoria iuris Lubecensis in successione testamentaria, cap. II. §. VI. in exercitationibus ad pandectas tom. V. p. 98. Iqu. ac Io. LVC. STEINVS in

der Abhandlung des Lübschen Rechts, part. II. p. 151. Iqu.

n) Hamb. Stadtbuch de anno 1497. tit. K. vann ghyfften by leuende edder na doede, art. 1. in denen Beyträgen zum deutschen Recht, tom. VI. p. 120.

finem namenlonde sweren dat henmyth eime an vnde auer dem te-
 stamente wesen hebbe, so schal ydt ok wesen vnmme alle andere
 sake dar twe Radtmanne vom Rade ghesandt werden. Retinue-
 runt id HAMBVRGENSES, vti ex recentioribus statutis constat,
 omni tempore o), quumque ROSTOCHIENSES p), vbi recentiori
 aetate iura sua litteris designarent maximamque eorum par-
 tem ex iure delibarent LVBECENSI, non potuit fieri; quin
 testari permitterent coram duobus senatoribus; veruntamen
 idem quoque obtinuit aliis in Germania regionibus et iis ciuita-
 tibus, quae cum Francofurtensi imprimis sororio quasi iunctae
 erant vinculo. Vnicam saltem nominamus, nimirum NORIMBER-
 GAM. Iam isto tempore ibi eos senatores, quos *nominatos* vocant,
 exhibere potuisse de negotiis, quibus interessent, testimonium,
 quod plenam mereretur fidem, liquet ex vetusta charta seculi
 decimi ac tertii, cuius meminit LAZARVS CAROLVS DE WOEL-
 CKEREN q), quumque hanc quoque ob causam in reformatione
 NORIMBERGENSI mentio sit testamentorum, quae coram eius-
 modi duobus senatoribus conderentur ac de iis hand obscure tra-
 ditur, illa ab antiquiore abhinc aetate esse recepta r) *nach dem*
die gemaine geschribne recht mancherley ordnungen geben, in
was gestalt vnd mit was zirlichhaiten die testamente vnd letzte
Willen aufgericht vnd erzeugt werden sollen. — so sind der-
halben in Krafft sonderbarer, kayserlicher vnd koeniglicher Frey-
haiten durch oessentliche Statuta von lengster Zeit her, bey diser
Stat allerley Fürséhungen geschehen vnd den testirenden vnbeschwere-
lichere vnd sichere weg vnd form, ire Testament vnd letzte Wil-
len aufzurichten, gestattet vnd zugelassen worden, die auch laut
etlicher nachfolgender ordnungen hiemit wiederum becreftigt
seyn sollen. Derhalben vnd wann ein Bürger, Bürgerin oder
Inwoner diser Stat, sein testament oder letzten Willen nit nach

B 2

Zir-

o) Hamburgische Statuten, Theil
 III. tit. I. art. I.
 p) Rostockisches Stadtrecht vom
 I. 1757 Theil II. tit. I. §. 6.
 q) commentatione succincta in co-
 dicem iuris Statutarii Norici, tom. I.
 p. 657.
 r) tit. XXIX, §. 1. In ea editio-

ne, quae anno clobliiii. adparuit,
 tit. xx. leg. I. de testamento requi-
 ritur, also, dass solliche gabe vor
 zweyen genannten; oder vor andern
 dreyen oder mehr glaubwürdigen
 Zeugen oder sunst nach ordnung der
 recht beweislích geschehen soll.



Zürlichkeit gemainer geschribner recht, ordnen und aufrichten will, so mag er nach altem Herkommen vnd vermog kayserlicher vnd koeniglicher Freyheiten seinen letzten willen in schriften durch sich selbst oder ainen andern verassen vnd vor zweyen oder mer des kleinern oder grossern Radtspersonen erneigen. Si quis considerat, quanam alioquin sit conuenientia iuris FRANCOFVLTENSIS cum vetustis illis moribus, ei profecto haud mirum foret, quid sit, quod FRANCOFORDIENSIBVS modus testandi placuerit, memoratus, etsi a NORIMBERGENSIBVS isto tempore ignotus fuisset; quum autem idem ipsis ab antiquissima placuerit aetate: non potuit fieri; quin quoque a FRANCOFORDIENSIBVS adoptaretur; vel minimum retineretur, quum placita eorum cum NORICIS ita conspirarunt, vt plura sint vtriusque reformationis capita, quae ex vna in alteram migrarent.

§. V.

CONDITO hoc primo decreto a FRANCOFORDIENSIBVS de modo testandi coram tribus senatoribus; vel scabinis, sequebatur, interiecto tamen fere centum annorum spatio, aliud, quo a priori in testamentis, tempore pestis condendis, discederent atque illa coram tribus aliis viris fide dignis facere permetterent. Perspiciebant quoque aliis in ciuitatibus, senatorum in locum sine dubio alios viros succedere posse, si essent integrae famae ac senatores imperarentur. Quum in antiquiori reformatione NORIMBERGENSI ^{s)} senatoribus alii ciues, quorum fides in dubium vocari haud poterat, penitus adhuc aequipararentur, ita, vt testatorum arbitrio relinquerent, vtrum coram duobus senatoribus testari vellent; an potius coram aliis ciuibus fide dignis, et alibi, quod paullo ante animaduerti, vti apud BREMENSES ^{t)}, iurati a scabinis plane essent diuersi: non potuit fere fieri; quin vel minimum haud necessariam esse praesentiam senatorum iudicarent, vbi hi essent impediti. Fieri id posse, LVBECESENSIS periuasum habebant eamque ob causam in antiquioribus statutis cauebant ^{u)}: dar men der

^{s)} tit. xx. leg. i.

^{t)} BÜSING, de iuratis, Gottin-
gae, cloboclxxxv.

^{u)} apud WESTPHALEN, mon-
ment ineditis, tom. III. p. 657.



der Rådthmann nicht ne mach hebben, dar mogen twe besetene Lude betugen en testament van teyn marcken sulveres vnde dar beneden. Retinebant haec in statutis, quae adhuc valent v): kondte man aber so eylands die Rathspersonen nicht haben, so können zwene besessene Bürger ein solch Testament bezeugen, doch allein von zehen Mark Silbers darunter, auch nicht darüber; HAMBURGENSIS autem, quum sua iura reuiderent eaque denno promulgarent, non minus opus esse credebant, vt testatoribus libertas, alios testes adhibendi, concederetur, si eos ex scabinis eligere haud possent w): woferne aber, inquit, man der rathsherrn zu Aufrichtung eines testaments nicht mächtig werden könnte, als nemlichen in gefährlichen Sterbensläufften oder anderer Ursach vnd Verhinderung wegen, so mag dasselbig in gegenwärtigkeit zweyer erbgeessener Bürger vnd des Secretarii, oder an stat desselben, wo man den auch nicht haben möchte, eines beglaubten, offenbahren Notarii auf Erlaubniß des worthaltenden Bürgermeisters beschehen, auf Mafs vnd Form, wie nächst zuvor von Rathspersonen geordnet. NORIMBERGENSIS x) ab his in recentioribus statutis in eo discedunt, quod solum in locum senatorum alios testes vocare permittunt post tempore eosque post testatoris obitum, eius voluntatem vltimam iureiurando confirmare iubent: per id tamen, non semper requiri ad eiusmodi testamentum senatorum praesentiam, haud obscure significabant: aber in zeit der besorglichen Sterbsleufften, da die des kleinern oder grossern Radts suegklich nit zu bekommen, soll den testirenden zugelassen seyn, vor andern zweyen glaubwürdigen Zeugen Mannspersonen ire testament vnd letzte Willen aufzurichten: jedoch sollen dieselben Zeugen, so in gefehrlichen Zeiten ausserhalb der genannten zu zeugen geprauchet werden, auf des testirers toedlichen abgang schuldig seyn, vor dem Statgericht saempftlich zu erscheinen vnd mit iren leiblichen Eiden zu betuern, das solchs Testament oder letzter Will vor jnen also aufrecht vnd on allen betrug erzeugt worden sey. Non mirum itaque est, idem statutum esse a FRANCOFORDIENSIBVS factum. Quoniam inprimis conuenirent istorum leges cum NORICIS,

B 3

solum

v) lib. II. tit. I. §. 2. tit. 20. 3. x) tit. XXIX. §. 1.

w) Theil III. tit. 1. art. 2.



folum pestis rationem habebant. *Non* haud definire possunt, vtrum hac in re praecesserint FRANCOFORDIENSES eorumque exemplum imitati sint NORIMBERGENSES; an potius adoptauerint principium, primum a NORIMBERGENSIBVS adprobatum; certum tamen est, decretum hac de re esse conditum atque illud post certum temporis intervallum prius decretum, iam a me illustratum, sequutum. Exhibent illud HENR. CHRIST. SENCKENBERGIVS y) ac IO. PHIL. ORTHIVS z): als der Rath dieser Statt zu Franckenfurth nach Inhalt des Privilegii Inen vnd gemeiner Statt von dem allerdurchleuchtigsten, großmechtigsten Fürsten vnd Herrn, Herrn Wenceslao, Römischen König, der Besetzung halber gegeben, ein statut ussgericht vnd verkunden lassen hat, das, welcher Burger oder ein weltlicher Beysafs sein Besetzung tun wolle, das solches rffs müßt vor drien des Raths beschehen soll. Duvil nun in Zeit der Pestilenzien oder sunst, so einer die Pestilenz hat, die Rathsfreunde zu demselben zu geen, abschluwens haben, deshalb zu zyten erbare Luden iren lesten Willen oder Besetzung zu tun versumet werden. So ordnet vnd setzt der Rath deser Statt Franckenfort, wo die Gelegenheit, wie ob stet, also were, das ein Bürger, Bürgerin oder weltliche Beysessen dieser Statt Franckfort, so die Pestilenzien hat, in Besetzung oder etwas nach synem Tode zuweilen machen oder bescheiden will, das dann der oder die solches vor drien frommen erbaren Mannspersonen die allhier zu Franckenfort bürger- oder weltliche Beysessen seyn, tun müssen vnd dieselbige bitten dis Rats cleyn Insigel an den Brieff zu hencken, doch das solches alsbald in Schrift verfasst, in die Schribererey getragen, daselbst der Brief darüber gemacht vnd umb Siegelung gebeten werde, demselben soll auch nach Gelegenheit zientliche Belonung wie sonst Ratsfreunden geschehen. *Conclusum in consilio feria tertia post Kiliani anno Domini Millesimo quingentesimo decimo tertio.* SENCKENBERGIVS quidem huius decreti diem in dubium vocat et cum ipso consentit ORTHIVS; iis vero haud accedere audeo, quum argumenta ipsorum eius ponderis haud esse videantur, vt vitium commissum esse existimem, quod non sit praefinemendum. Cur illud

y) in der weitem Ausführung, z) loc. mem. p. 219.

Beyl. G. p. 67.



illud concludi queat ex eo, quod factum sit, *feria tertia post Kiliani festum*, illa nempe feria, qua primum decretum promulgatum esse constat, haud perspicere. possum et si solum vtriusque decreti paullo curatius consideramus, omnino prius antiquam loquendi rationem multo magis sapit; quam posterius.

§. VI.

Eo maiore attentione vtrumque decretum dignum est, quod senatus FRANCOFORDIENSIS semper sancte ac religiose illud conseruare studuerit. Hand prouoco, vt ei fidem faciam, ad chartam illam, qua archiepiscopus Moguntinus, DIETHERVS, anno MDCCLXXI. modum testandi apud FRANCOFORDIENSES receptum confirmant a) ac litteras illas sollemnes, quibus quoque pontifex Romanus, SIXTVS quartus, priuilegium illud Moguntinum adprobauit b): sed respicio potius, ad renouationem eorum, quae priuilegio MAXIMILIANI, ciuitati Francofordiensis anno seculi decimi et sexti LXVIII dato, contingeret c); partim ad eam, quam FRANCOFORDIENSES in recentiori reformatione susceperunt. Si primum me conuerto ad litteras illas praesulum, profecto omnem attentionem merentur atque potentiam cleri vix ferendam, quae ciues Francofordienses dominaretur, mirum in modum demonstrant. Libens id concedo; neque inferior, profecto etiam ciues FRANCOFORDIENSES haud eiusmodi priuilegia a praesule Moguntino aequae ac ipso pontifice impetrasse Romano; nisi machinationes clericorum metuerent, vbi iure, ipsis a Wenceslao concesso, vti atque impedire velherent, quum imprimis ipsis curae cordique esset, illa testamenta, quibus caussae piae quidquam esset relictum, sustinere d) hocque nomine eadem etiam Francofordienses sigillis ecclesiae

corro-

a) exhibetur in priuilegiis Francofordiensibus, p. 316. et in der zweyten Fortsetzung der Anmerkungen über die Franckfurthische Reformation, p. 177.

b) priuileg. Francoford. p. 352. et in den Anmerkungen, loc. cit.

c) in der zweyten Fortsetzung der Anmerkungen, p. 675.

d) Satis nota sunt, quae hanc in



corroborarent e) atque communis esset opinio, ad salutem aeternam consequendam imprimis ultimam inferuire voluntatem f). Certe quoque persuasus sum, FRANCOFORDIENSES, priuilegio Moguntino semel impetrato, ipsam ad eadem Romanam haud confugisse; neque ut idem pontifex confirmaret, opus esse credidisse; nisi illud ab archiepiscopo, qui paullo post depoueretur a pontifice, concessum g); verum tamen neque in Moguntino, neque Romano priuilegio ritus coram tribus senatoribus testandi mentio fit. Clero profecto grata quoque fuerunt coram tribus senatoribus; vel aliis viris condita, si eorum simul rationibus ibi consultum fuit. Si quidquam fuit, quod ipsi in senatus consulto aequae ac priuilegio Wenceslai displiceret, sanctio fuit; quod non; nisi ea testamenta valere deberent, quae coram senatu; vel quibusdam eius membris condita, quumque nec quidquam de eo legitur in litteris Wenceslai supra memoratis; iisdem vero facultas data, omnia illa infirmandi testamenta, quae saluti

rem demandata sunt episcopis in L. 23. 46. ac 49. C. de episcopis et clericis. et nou. cxxx. cap. 11. Haud minus canones conciliorum egregia documenta praebent singularis illius prouidentiae clericorum, qua impedire studuerunt, ne testamenta in detrimentum ecclesiae impetrarentur, et euidentis est ex iis, quae leguntur in Io. HARDVINI actis conciliorum, tom. vii. p. 607. 1539. ac 4. viii. p. 945. Iqu. ac iis addatur cap. 6. x. de testamentis. IUST. HENN. BÖRMERS, iur. prot. ecclesiastico, libr. iii. tit. xxvi. §. 31.

e) Exhibet SENCKENBERGIVS, dissertat. de origine testamenti publici, p. 10. chartam, quae Waldemari complectitur ultimam voluntatem, quaeue scripta est ann. MCCXXIII. Ibi claris verbis traditur, adpena fuisse huic schedulae sigilla ecclesiae et ciuitatis.

f) prima testamenta non; nisi

pro remedio animae esse condita eumque in finem nomine der Seelengeräthe designata, ne tironi quidem est ignotum. Breuitatis caussa pronoco ad Io. GOTTL. HEINECCIUM, element. iuris germanici, lib. ii. tit. vii. §. 188. p. 505. Iqu. et Io. HENR. SYMMERMANNVM, coniectur. de origine et progressu testamentorum apud Romanos. cap. i. §. 17. p. 17.

g) Depositiō facta est eodem anno, quo paullo ante DIETHERVS Francofordiensibus priuilegium dederat. Sententiam sollempnem exauctorationis a Pio P. M. d. xii. cal. Septembr. ann. MCCCLXI. latam exhibet GEORG. HELWICH, narratione historica de dissidio Moguntinensi, sect. ii. in GEORG. CHRISTIANI IOANNIS rerum Moguntiacarum, vol. ii. p. 146. cui iungas NIC. SERRARIUM, Moguntiacarum rer. libr. v. in eiusdem rer. Mog. vol. i. p. 77.

saluti reipublicae repugnarent, eam potius in primis agnouisse mihi videtur DIETHELVS, quum declararet, *dass wir und vnser Nachkommen, sie und ire Nachkommen, sollen und wollen lassen blyben by iren Gnaden und Freyheiten, und besunder, wie sie sich besetzen, und ire besetzung tun sollen und sollen wir und ihre Nachkommen und Niemand von vnsern wegen in e darin, was der gescheen sin und surter gescheen nicht tragen oder hindern.* Eo maiorem verisimilitudinem consequi mihi videtur coniectura haec, quum SIXTVS IV. P. R. potissimum ecclesiis; vel aliis piis locis, quibus aedes Francofordienses legarentur, illas intra anni spatium omnibus vendere praeciperet et solum praeterea liberum usum gratiarum et libertatum in condendis aequae ac conditis testamentis iis concederet. Si quoque non sine ratione ex eo concludere possumus, ecclesias haud secundum haec privilegia ecclesiastica testamentum eo nomine potuisse impugnare, quod sit coram tribus senatoribus; vel ciuibus conditum; vel quidquam petere ex vltima voluntate, quae sit senatus ex sententia irrita hocque modo statuerè haud dubito, per ea omnino denuo testamenta illa corroborata, quae coram tribus senatoribus; vel ciuibus sunt condita: longe maius firmitermentum illa sunt nacta, quum MAXIMILIANVS in privilegio saepius adlegato non solum illud, quod a WENCESLAVO ciuitati Francofordiensi esset datum; sed vtrumque etiam statutum, postquam id, quod in iis de eiusmodi forma testamenti esset cautum, claris traderit verbis, confirmaret ac simul haud obscure eiusmodi vltimas voluntates iis, quae essent conditae coram septem testibus aequipararet. Fuisse antea quosdam, qui earum valorem ideo in dubium vocarent, quod forma illarum discederet ab ista, quae sit iure in Romano praescripta, eandemque ob causam Francofordienses ad caesarem confugisse liquet ex ratione, ob quam il, ipso caesare teste, sit factum, vbi declararent: *so befunden sy doch, dass bey jetziger geschwinder Welt ye zu Zeiten allerley obbemeld küniglich Privilegium und vralt Statut dardurch disputirlich zue machen gesuecht werden woltte; quum antem hoc modo precibus Francofordiensium tam clementer satisfaceret imperator: nihil amplius metuebant eandemque ob rem haud opus esse credebant, vt quidquam hac de re traderent in reformatio-*



nis editione priore, quae anno c1501x adparuit h). Longe aliter sentiebat FICHARDVS, quum eam reuideret; sed dignam potius habuit singularem illam testandi formam, cuius mentionem faceret eamque hoc modo denuo senatus adprobauit. Etsi historiam huius iuris haud adcurate tradiderit ac merito reprehendi potuerit, quod rationem huius moris in ignorantia iuris, quae in vulgo locum haberet, ponat: illum a tempore deducat immemoriali ac de pluribus caesareis aequae ac regis privilegiis, quibus statutum hoc confirmatum sit, loquatur; neque statuta illa dourite distinguat; sed priori adsignat statuto, quod in altero cautum; omnem tamen meretur attentionem, quum non solum de perpetuo eorum vsu publicum exhibet testimonium, sed simul eadem denuo confirmat sequentibus verbis i): *die weil die kayserlichen Recht, der testamenten halben vmb allerley Gefahrde zu verhuten, sobey denselben in vilerley Weg sich leichtlich zutragen mogen, etliche besondere Solennitäten verordnet haben; so in Aufrichtung derselben sollen gehalten werden, welche doch dem gemeinen Mann als solcher rechten vnerfahren, also zu halten fast seluer auch wol nicht möglich: so haben vnser Vorfahren nicht vbedecklich vor vndencklichen Zeiten; damit die Testamente so leichtlich aus mangel solcher Solennitäten vnd ihrer Formalien, als nichtig nicht angefochten werden mochten, ein Statut vnd Ordnung wie es mit solchen testamenten in dieser Statt gehalten werden gemacht, solch Statut auch solgends durch Keyserliche vnd Königliche privilegia confirmiren lassen: wie es dann allhie in gemeinen Gebrauch bis anhero also gehalten worden vnd noch gehalten wirdt. Nemlich aber, das ein ieder in dieser Statt, der seye Bürger oder Beyseßs, so er sein testament machen will, solchs auch nur vor dreyen darzu erbettene Personen des Raths, ohne Vnderscheidt, die seyen Scheffen oder nur des Raths thuen mag, oder im Fall, das Sterbende Laufft einfallen vnd den Rathspersonen bey den schwachen, so testiren wollen, zu erscheinen beschwerlich were,* das

h) prodiit rara haec editio sub inscriptione: Reformation der Stat Franckenfort am meine des heil Röm Richs Cammer ao. 1509. et LII. foliis constat; Io. PHIL. ORTHIVS au-

tem illam den Zusätzen über die Reformation der Stadt Franckfurth p. 350. denuo adiecit. i) part. III. tit. 1. §. 1. 2. et 3.

daß alsdann solche testirung und Besatzung vor sonst dreyen ehr-
bahren und glaubwürdigen Personen, so geschworne eingeseffene
Bürger dieser Statt seynd, ob sie gleich nicht des Rathes ebenmäß-
iger gestalt mag geschehen.

§. VII.

HAEC de origine ac vero fundamento testamenti Francofor-
diensis privilegiati: iam ad ea, quae de eius indole inprimis
memoratu sunt digna, pergo atque ante omnia statuo, in iis
haud requiri ablegationem eorum, coram quibus illa condun-
tur, a senatu factam; sed actum, illo incio, suscipi posse ideoque
HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG, vel minimum haud
adcurate loqui, si memoratos senatores vel eorum vicarios *senatus*
vocat delegatos ibi. Vnanimis alioquin iuriconsultorum
est sententia, testamentum, quod quis iudicio offerre vult a
quibusdam eius membris non suscipi posse; nisi nomine iudi-
cii id fiat eumque in finem iis a iudicio demandatum sit, actum
hunc loco totius iudicii peragere. Locum hoc habet, siue iu-
dex, coram quo quisquam testari velit, persona moralis sit;
siue physica. Quum priori in casu pluribus ita iurisdictionem
demandata, vt collegium constituant ac coniunctim iurisdictionem
exerceant, nunquam singuli collegae id, quod toti collegio est
demandatum, suscipere possunt; nisi id ipsis ab eo est commif-
sum. Cessat quidem posteriori in casu, si ipse iudex actum per-
agit; vbi vero impeditur atque vni; vel alteri eorum, qui vel
minimum ipsi subiecti ad negotia iudicialia gerenda, iterum per
eos talis actus iurisdictionis non peragi potest; nisi ipsis sit deman-
datus. Docent hoc cum antiquiores; tum recentiores iurispru-
dentes DAVID. MEVIUS *k*), CHRIST. PHIL. RICHTERVS *l*), SAM.
STRYCKIUS *m*), IO. BALTH. WERNHERVS *n*), IO. HENR. BERGE-
IUS *o*) atque alii ac simul testamentum nomine quidem indicis;
C 2
sine

ii) *disquis. de testam. publici origi-
ne et solemnitate, extrinsecis cap. IV. §.
9. p. 62.*

k) *comm. ad ius Lubecens. lib. II.
tit. I. art. 2. num. 136. et 137. p. 261.*

l) *part. I. decif. 30. num. 12.*

m) *cautel. testamentar. cap. VII.
§. 37.*

n) *observat. forens. tom. II. part.
X. obs. 316. p. 632.*

o) *oeconom. iuris, lib. II. tit. II.
thes. II. not. 19. sequ.*



sine tamen eius mandato a quibusdam collegii membris; vel iudici tantum vicario susceptis, inualidum declarant. Si deinde respicimus ad privilegium illud WENCESLAI, secundum illud omnino delegatione a Senatu facta, opus esse videtur, quum partim non; nisi illas ultimas voluntates valere iubet, quae cum consensu senatus sunt conditae; partim autem eas solum ratas haberi permittit, quae vel coram ipso senatu; vel coram iis, quibus senatus id demandavit, sunt factae p): *auch welch Bürger oder Imwohner zu Franckensfurt Besetzunge — — bestellen oder besetzen wollte, der sol das tun mit Willen und Wissen des Rats zu Franckensfurt oder wem es derselbe Rate bevillhet; neque negandum est, interpretes iuris LVBECENSIS, quod non minus coram quibusdam senatoribus testari permittit, id prius secundum ea fieri haud posse putant; quam si ad id a senatu rite sint deputati. Et si LVBECENSIA statuta cum patriis iuribus hac in re prorsus conueniant et ab his solum in eo discedant, quod duorum senatorum praesentiam sufficere tradant q) et si eorum copia haberi nequit, duos alios ciues honestos eorum in locum succedere permittant; minime autem eorum delegationem requirant: DAVID, tamen MEVLVS r) qui, vti satis notum, fines eiusmodi interpretis transgressus est saepenumero, eandem Lubecae simpliciter necessariam esse docuit. Cum illo alii iuris LVBECENSIS interpretes, FRID. GERDESIVS s) IO. ZACH. HARTMANNVS t) ac IO. LVD. STEINIVS u) consentiunt, sententiamque hanc Lubecae vsu fori firmari tradunt.*

p) apud ORTHIVM, in den Anmerkungen zu der Frankfurthischen Reformat. Fortsetzung II. p. 674.

q) libr II. tit. I. art. I. Clare duorum senatorum mentio fit, quod contra BOEHMERVM, de prudentia legislatoria iuris Lubecensis in successione testamentaria, cap. II. §. 9. tom. V. exercitio iuris civil. p. 100. notandum est.

r) loc. memor.

s) differentis iuris civilis et Lubecensis, num. XXXV.

t) diss. de iuris canon. testam. testam. Lubecensis causa. §. XV.

u) in der Abhandlung des Lübschen Rechts, Theil II. libr. II. tit. I. §. 93. P. 353.

§. VIII



§. VIII.

Ego vero ipsorum principia in arte, leges Germanicas interpretandi, adhibita, haud sequor ac statuo potius, secundum FRANCOFORDIENSIA iura non necesse esse, ut deputentur ii a senatu, coram quibus testamentum id condatur. In senatus consulto illo, ex quo modus ynice sit deriuandus, coram tribus senatoribus testamentum condendi, eiusmodi ablegatio non requiritur x); sed initio, uti iam animaduerti, id traditur, quod iam antea esset ordinatum ac solum de testatore, qui hoc modo testari velit, praecipitur *das er das tun solle vor drien des Rates Frunden, si sin Scheffen oder Rat*. Nihil aliud statuitur, quum iam id denuo renouatur: *das sie das tuen sollen zum myrysten vor drien des rats zu Franckfurth, si sin eines theils oder zumale Scheffen oder Rat*, et quibusdam interiectis canetur, ne quisquam senatorum hac in re officium suum negligat. Quum hoc loco haud solum uocatio supponitur; sed simul cum ea rogatio coniungitur, haecque quidem de testatore; haud tamen de senatu, cuius iussa quemlibet senatorem exequi oporteret, denuo per id significatur, non opus esse quadam delegatione. Repetitur quidem, quod isto tempore placeret senatui, in senatusconsulto initio seculi decimi ac quinti facti; sed nihil aliud requiritur: quam quod coram tribus senatoribus condendum sit: *dass solches vffs mirst vor drien des Rats bescheen soll*, quumque MAXIMILIANVS y) vtrumque confirmaret priuilegium, rogationis quidem senatorum; minime autem eorum ablegationis meminit. Illius rogationis mentio quidem fit in ipsa FRANCOFORDIENSI reformatione, sed nihil de mandato traditur, quod ipsis a senatu esset dandum. Eo ipsis haud opus esse, ubi coram ipsis quisquam testamentum condere velit, non minus ex eo videmus, quod senatoribus alii ciues, quorum fides est probata, equiparantur hocque modo haud obscure monstratur, ideo solum ordinarie istos esse electos, qui testis munere fungerentur in testamento condendo, quod his imprimis maxima haberetur fides. Quod quum expectare possent, si quoque munus illud a senatu haud esset demandatum.

C 3.

x) Exstat in den Anmerkungen zur Franckfurthischen Reformation, Fortsetzung II. p. 212.

y) Anmerkungen zur Franckfurthischen Reformation, Fortsetzung II. p. 219.

tum: nouum nobis id praebet argumentum, quo sententia nostra corroboretur ac si quoque supra memorata iura ciuitatum, in quibus eadem testamenta introducta esse constat, percurramus, neque in LVBESENSIBVS; neque iis, quibus HAMBVRGVM aequae ac NORIMBERGA iure gloriari potest, quidquam designatum est de ablegatione senatorum a senatu facienda. Omnino quoque attentionem meretur, quod iurisconsultus Hamburgensis, NICOLAVS VON DER FECHT ^{z)}, de eo scribit, quod in ipsius obtinet patria: *nach üblichem Gebrauche verrichten solches die zweene zehenden Pfennigsherren vnd der protonotarius. Der älteste Herr wird nur requiriret vnd darf man sich beyn Burgermeister nicht angeben vnd ein solch Testament kann ratione; seu ex defectu solemnium nicht angegeben werden.* Neque in mentem vnquam venit LAZ. CAR. DE WOELCKERN ^{a)}, senatoribus Norimbergensibus facultatem, recipiendi testamentum, ipsius fidei traditum, denegare; antequam ipsis negotium hoc speciatim sit commissum quumque in foro *obseruantia*, vti dicitur, *interpretatiua*, haud vilipendenda est, sententiae nostrae nouum est firmamentum, siquidem secundum eam haud necesse est, vt, qui coram tribus senatoribus testari velit, magistratum adeat hoque iis receptionem vltimae voluntatis committat ^{b)}.

§. IX.

Si curatius consideramus argumenta, quae huic sententiae ob stare videntur, eius ponderis haud sunt, vt illam labefactare possint. Extra omnem dubitationem est positum, Francofordienses ideo solum senatores elegisse, coram quibus testamentum condatur, quod iurisiurandi vinculo essent obstricti hocque nomine in primis maxima fide digni. Quod quum obtinet in quolibet senatore: testes loco senatus adesse possunt sine eius mandato et rationes prorsus cessant, cur alioquin in Germania mem-

^{z)} annotat. ad statuta Hamburg. part. III. tit. I. art. I. in thesaur. iuris prouincial. et statut. illustrati Germaniae, vol. I p. 137.

^{a)} commentat. succincta in codi-

cem statut. iuris Norici, tom. I. tit. v. leg. I. p. 665.

^{b)} ORTHIVS, in den Anmerkungen zur Franckfurthischen Reformation, Fortsetzung III. p. 233.

membra collegii non; nisi eius iussu eiusmodi negotium suscipere queant; neque minus vicariis iudicis istud demandatum esse debeat, si illius partibus fungi velit. Etsi FRANCOFORDIENSES, quum privilegium WENCESLAI impetrarent, imprimis conatibus clericorum fraudulenti obuiam irent atque impedire vellent, quominus vllum conderetur testamentum, quod non eius notitiam haberent: peruenire quoque ad id, quod intenderent, poterant, etsi quoque quidam senatorum suscipere vltimam voluntatem sponte ac sine magistratus mandato. Iure quoque, vti supra animaduerti, adfirmare haud licet, tempore WENCESLAI vllatum fuisse modum, coram quibusdam senatoribus; vel aliis viris honestis testandi. Quum, condito testamento, id quod testator ordinavit, in libros ciuitatis publicos transferberetur c) immo plerumque id sigillo publico corroboraretur, haud id magistratui incognitum manere poterat, quamuis ille quosdam senatores ad audiendam voluntatem; vel recipiendam scripturam, quae illam contineret, non deputauerit. Ac si quoque imperator concesserit senatui Francofordiensi definire, quos interesse oporteat testamento condendo hocque nomine generatim normam quamdam testatoribus praescribere; nullo tamen modo per id quoque cautum est; quo minus iis liceat comparere atque testamentum recipere; nisi mandato magistratus essent instructi. Tandem ea, quae aliis in ciuitatibus ac potissimum LVBECAE forsitan obtinent, nos non tangunt et si quoque plures iurisconsulti, senatoribus receptionem testamenti non; nisi ea a iudicio sit demandata, competere, contra clara verba celeberrimi Lubecensis iuris existimauerint, principia, quae sequenti sunt in explicandis iis, haud ita comparata sunt, vt eadem hoc loco adoptemus.

§. X.

II, coram quibus testamentum conditur, sunt vel tres *senatores*; vel eorum *vicarii*. Quum eum in finem adpareant, vt testes sint vltimae testatoris voluntatis, haud necesse est, vt semper adhibeantur *senatores*; sed distinguere potius debemus, per vtrum eo tempore testamentum condatur, quo ob pestem; vel alium

c) ORTHIUS, loc. citat, p. 213.



alium morbum contagiosum non facile in ordine senatorio quisquam inueniatur, qui testandi actui interesse velit; an illud haud locum habeat, si testamentum ordinatur. Secundum primum decretum, supra a nobis recitatum, aequae ac eius confirmationem, ab imperatore MAXIMILIANO datam ac repetitionem, in reformatione Francofordiensi factam eiusmodi priuilegiatum testamentum ubi contagio haud obtinet, non; nisi coram tribus senatoribus condi potest. Eorum primò in decreto ita mentio fit, vt de iis solum requiratur, quod *sint des Ratsfreunde d)*, atque adiciatur, haud interesse, *vtum sint scabini*; an eorum partibus haud fungantur atque alii sint senatores: *si sin Scheffen oder Rath*. Paulo post solum supponitur, quod *sint drie des rates zu Franckensfurth* atque iterum adicitur, *si sin eines theils oder zumal Scheffen oder Rat*, hac simul senectè prohibetur; quo minus senator, si minus testis semel est in ipsum delatum, illud recuset, siue sit scabinus, siue alius senator; *ersy Scheffen oder rat*. Quum his facili negotio comparari queant; quae in recentioribus legibus hac de re leguntur, ea haud recito ac duo addo potius coniectaria. Etsi primo decreto vocabulum: *Rat* duplicem sustineat rationem atque in vna scabinos comprehendat; altera autem excludat: omnes tamen senatores idonei declarantur ad suscipiendam testamentum quumque euidenter traditur, haud interesse, *vtum sint scabini*; an alii senatores hocque in primis significatur partim ab imperatore MAXIMILIANO, in verbis: *sie wären gleich Schoeffen oder nur andere Rathspersonen*; partim autem ab ipso senatu in recentiore reformatione, dum cini testari permittunt *nur vor dreyen darzu erbetteten Personen des Raths ohne Unterschied, dies seyen Schöffen oder nur des Rats*: solo ab arbitrio testatoris dependet, *vtum ex primo*; an ex secundo; vel tertio ordine, eligere velit, qui actui interfint. Constat quidem solis, vti notum, ex opificibus e); nihilominus tamen,

d) nomen generale est senatorum, quod quondam in primis vltatum relatione profert, quod fuit et saepenumero quoque Francofurtensibus senatoribus datum. e) ACHILL. AVG. DE LERSNER. in der Chronik des H. R. R. freyen Io. PETR. DE LVDEWIG differentis Stadt Franckfurth, libr. 2. cap. 11. p. 257.

tuus Romani et Germanici, de senatoribus et consulibus diff. 11. p. 17.



tamen, qui in eum sunt relati, senatores sunt singulari iurisiurandi vinculo obstricti f), quibus plura negotia, loco totius senatus gerenda, demandantur g). Sine omni dubio itaque coram membris illius ordinis testamentum condi potest, vt perillustri senatus recentiori quoque statuit tempore h); nec minus celeberrimi viri, SENKENBERGIVS i) ORTHIVS k) ac HOFFMANNVS kk) una cum iurisconsultis TVBINGENSIVS l) statuerunt; neque villo modo id ideo in dubium vocari potest, quod quondam opifices ad sigilla gerenda haud fuerint capaces. Et si libens id concedam l); nullibi tamen iis senatoribus, qui quondam illorum in censum non venirent, vetitum est, eiusmodi actum suscipere. Neque vsus sigillorum in illo simpliciter locum habet, vti infra copiosius monstrabimus; ea tamen testatori haud impedimento sunt; quo minus vno ex ordine senatorio omnes tres senatores eligere queat, coram quibus testetur. Concludimus hoc iterum ex verbis decreti: *si sin eines theils oder zwanale Scheffen vnd Rat m).*

§. XI.

f) LERSNER, loc. memor.
g) ORTHIVS in den Anmerkungen zur Franckfurthischen Reformation, Fortsetzung II. p. 719. et denen Zusätzen p. 172.

h) in relatione, in lite quadam ad camerae imperialis iudicium augustissimum missa. Legitur illa in der Sammlung merkwürdiger Rechtsfälle, Theil XIV. p. 1036. sequi.

i) in der weitern Ausführung von den Gerichtstestamenten bey denen Deutschen, §. 41.

k) loc. memor.

kk) de testamentifactione Francofordiensi, p. 30.

l) in der Sammlung merkwürdiger Rechtsfälle XVII. et XVII Theil, Nr. VI. p. 96.

m) IO. GEORG. CRAMERVS, de iur. et prerogatiuis nobilitatis auitas eiusque probat. cap. V. p. 316. CHRIST. LVD. SCHEIDTIVS, in den Nachrichten vom hohen vnd niedern Adel, p. 237. ac IO. PHIL. ORTHIVS in den Anmerkungen zu der Franckfurthischen Reformation, Fort. III. p. 633. sequi.

n) ex verbis eines theils liquet notio particulae, iis oppositae, zumal, eo maiore attentione digna, quam eandem auctores glossariorum fere proflus silentio praetercunt. Sensus totius propositionis aliter haud constat; quam si supponamus, eam idem significare, quod per particulam *alzumahl* indicatur.

D



§. XI.

In locum senatorum succedunt illorum *vicarii*, vbi contagio incidit haecque senatores impedit; quo minus partibus suis fungantur. Obtinet illud, siue sit pestis; siue sit alius morbus contagiosus, vti satis clare ex legum verbis discere licet. Supponitur quidem illa in decreto antiquiori, ann. MDLXXIII. *n) Dwid nun inn Zeit der Pestilenzien oder sunst, so einer die Pestilenzien hat, die Ratsfreunde zu demselben zu geen abschuwens haben, desshalben zu zyten erbare Liden iven lesten Willen oder Besetzung zu tun versumet werden*, atque errat SENCKENBERGIVS *m)*, quum putat, generatim ciues in locum senatorum succedere posse, *si hi ad aegrotum ire grauentur*; postea autem euenit, vt hoc ad quemuis morbum contagiosum; seu epidemicum extenderetur hocque nomine vocabulum pestis penitus omitteretur; sed partim in priuilegio MAXIMILIANI; partim autem reformatione ipsa sermo sit *von Sterbenslaufften*. Neque interest, vtrum iam plures morbo hoc laborent; an in eum tantum incidere testator, quod iterum patet ex ipso veteri decreto modo indicato, quum, mentione temporis pestis facta, non sine ratione adicitur: *oder sunst, so einer die pestilenzien hat*; sed omnibus hisce casibus haud opus est, vt testes illi, in quorum praesentia eiusmodi testamentum conficitur, sint senatores atque potius eorum in locum alii succedere possunt. Quum FRANCOFORDIENSIS senatus, vbi illud conderet senatus consultum, haud rationem haberet quorundam antiquiorum iuriconsultorum, qui duos saltem testes in testamento, tempore pestis condito, contra clara verba iuris Romani *o)* sufficere putarent *p)*; sed in numero testium a regula, ab ipso semel in testamentis talibus adoptata, discedere religioni duce-

n) apud ORTHIVM, in den Anmerkungen zu der Franckfurthischen Reformation, Fortsez. II. p. 219,

m) disquis. de testam. publ. origine, cap. IV. §. 10. p. 62.

o) L. 8. C. de testamentis.

p) docent hoc ex antiquioribus iuriconsultis BALDVS ad L. ab an-

tiqua C. de testamentis. Jason ad eandem legem, ac RAPH. CVMANVS ad L. 8. §. 2. D. de codicillis, quibus ex recentioribus, ANDR. GAILIVM, lib. II. obseruat. 118. SAM. STRYKIVM, de cautel. testamentar. cap. II. §. 3. et AVG. LEYSERVM, spec. CCLXXVIII. med. 2. addas.

duceret, secundum iura antiquiora aequae ac paulo recentiora tres adesse debent; ubi vero ad eorum qualitates respicimus, partim illas, quas primum aliud decretum desiderat; partim eas, quae adhuc supponuntur, ponderare debemus.

§. XII.

Quum iam istae omnem merentur attentionem: merito ante omnia moneo, illos

I. debuisse esse masculos. Quoniam virile sine dubio fuit negotium, quod ipsis committitur atque illud, quod ordinarie solum a senatoribus peragi poterat atque ab eo feminae sine distinctione sunt exclusae q), ratio legis hac in re ita in promptu est, ut nulla egeat disputatione. Necesse dein fuit ex sententia legis, ut testes illi essent

II. *fronme Leute*; merito tamen animaduertendum est, sub hoc nomine haud intelligi posse homines pios; seu religiosos; sed potius eos, qui sunt iusti atque integri. Etsi nostra aetate ad religionem potissimum respicere soleamus, quum nobis tali de homine est sermo; vocabulum tamen quondam atque ea adhuc aetate, qua nostrum senatusconsultum est factum, latiorem sustinuit notionem. OTTFRIDVS r) quidem illud iam pio de homine adhibet; non minus tamen idem fortem denotasse hominem, HIERON. PEZIVS s) ac IO. GEORG. WACHTERVS t) docent. Quum vel minimum ex eo patet, quondam aliam id sustinuisse notionem: auctor speculi SVEVICI u) satis euidenter docet, quem-

q) L. 1. D. de R. I. Eandem ob causam feminae nec in codicillis testes esse possunt, ut ARNOLD. VINIVS, comm. ad §. 6. I. de testamentis ordinandis, BERN. HENR. REINOLDVS variorum, cap. v. in eius opusculis, p. 75. ac IO. TOB. RICHTERVS, de testim. mulierum in codicillis, iure civili invalido, Lipsiae, 1708. nihil tamen minus plures aliam fouent sententiam; neque dubitant, tempore pestis feminas inter testes

testamentarios admittere. BRUNNE-MANNVS ad L. 20. D. qui testam. fac. poss. MASCARDVS de probat. vol. II, conclus. 764. FINCKELTHAVSIVS obl. XIV. et quidam iuriconsulti Saxonici.

r) lib. II. cap. 7. v. 52.

s) in glossar. tom. III. script. rerum Austriacarum adiecto, voc. frumig.

t) glossar. Germanico, p. 494.

u) cap. XXXVII. num. 14. p. 28. ed. SCHILTERI.



quemlibet, qui vitam ducit integram ac fide dignus, nomine hoc designari ac cum eo conspirat CAROLVS quintus, dum in constitutione criminali non; nisi eos iudiciis criminalibus praefici vult, qui sunt *fromme, ehrbare, verständige vnd ehrbare personen x*). Quum haec lex haud multo post adpareret: immo, vti ex eius historia scimus, in illa conscribenda iam occupati essent status imperii, quum senatusconsultum Francofordienſe conditum est: immo eadem duo illa vocabula, quae quoque leguntur in senatusconsulto, coniungantur, *fromme vnd ehrbare*: tuto ex his argumentari possumus, non aliter prius hoc in loco esse interpretandum; quam explicari possit in Carolina; in ea autem illud denotare *virum integrum*, haud quidem GEORG. REMVS y); bene tamen IVST. GOBLERVS y) perspexit ac pluribus argumentis demonstravit ven. PRAESES z). Haud in eo adquireverunt maiores nostri; sed voluerunt quoque, vt

III. *sind ehrbare; sine honesti*, in quorum praesentia contagionis tempore testamentum civis FRANCOFORDIENSIS condi potest. Quum iam dudum litteratissimi viri demonstrarunt, titulum hunc fuisse nobilitatis atque equitum proprium, e quibus saltem Io. GEORG. CRAMERVM a), CHRIST. LVDOVIC. SCHEIDTIVM b) ac Io. GEORG. HALTAVSIUM c) nominasse sufficiat, arbitrari forsitan nonnulli possent ac in his quoque ii, qui senatores tertii ordinis haud capaces esse ad recipienda testamenta, statuere voluerunt, hoc modo omnes homines ordinis civici arceri ab eiusmodi negotio; sed id nullo modo concedere possum. Etſi innumera memorati scriptores nobis exhibeant ex chartis aliisque litterarum monumentis exempla, e quibus patet, solos nobiles sub hoc nomine esse intellectos atque in charta FRIDERICI III. anno c1566xxxvi exarata d) adhuc opponantur *die erbaren Leute*

x) C. C. C. art. 1.

y) nemesi Carolina, cap. 1. in *Caroli quinti de capitalibus iudiciis constitutione, art. 1.*

z) *glossario Germanico, interpretationi constitutionis criminalis Carolinae inferuiente, voc. fromm, p. 289.*

a) *de iur. et praerog. nobilitatis auitae eiusque probat. cap. v. p. 316.*

b) *in den Nachrichten von dem hohen vnd niedern Adel p. 237.*

c) *glossar. Germanico, p. 354.*

d) *apud Io. BYRCH. MENCKENIVM, scriptor. rerum Germanicar. tom. III. p. 708. Simili ratione mentio fit der erbaren*

te auf dem Land den Burgern vnserer Stadt zum Hofe; neque minus mihi admodum sit probabile, tempus fuisse, quo etiam Francofurti nobiles, ibi commorantes, solum titulo hoc ornatos esse atque ORTHVM e) oleum atque operam perdidisse, vbi id negare voluerit et in dubium vocare, quod hac de re protulerat LVD. GOTFR. MOGENIVS f): non facile tamen adhuc sequenti ex seculo chartas proferre licet, quibus eodem modo solis nobilibus tribuitur. Si quoque nobilis quidam Lufatus anno cIoIoxxviii. scribere haud dubitauerit: *er habe alda zu Oderwitz über seine Leuthe die gerichte, wie ein ander erbar mann g)*, ex eo tamen non concludere possumus ad vsum publicum vocabuli, qui isto tempore obtineret. Memoratu porro dignum est, quod in senatusconsulto nostro ii, qui testamentum condere voluit, etiam *ehrbare Lude* vocentur: *Dwil nun in Zeit der Pestilenzien oder sunst, so einer die Pestilenzien hat, die Ratsfreunde zu demselben zu geen abschuwens haben, deshalb zu zyten ehrbare Luden ihren lezten Willen oder Besetzung zu tun, versumet werden.* Quum paullo ante cuilibet ciui aequae ac incolae tempore pestis coram tribus viris, qui non sunt in senatum cooptati, testari permittitur, merito statuendum est, memoratis in verbis haud posse solum de nobilibus sermonem esse; sed quoque eos, qui non sunt nobiles *ehrbare Leute* dici; vbi vero hoc verum est atque extra omnem dubitationem positum: multo minus existimare possumus, nobilitatem hoc nomine supponi in ciue, qui actui testandi interfit. Non sine grauissimis rationibus FRANCOFORDIENSES

D 3

IV.

ehrbaren Lute vnd aller der Burgerr der dazu gehören, in charta Friderici. apud Io. GOTTL. HORNVM in der Lebensgeschichte Friedrichs des Streitbaren, sect. 1. p. 11.

e) in den Anmerkungen zur Reformation der Stadt Frankfurth, Fortsetzung IV. p. 1199.

f) in der Abhandlung von dem Ursprung, Fortgang, vnd heutigen Zustand der Regimentsverfassung in der Stadt Frankfurth, wobey die rechte

der dasigen adelichen Gesellschaft, alt Limpurg, sowol in ansehung des alleinigen geschlechtszustands, als der stadregierung in gehöriges Licht gestellt vnd besonders gegen die von D. Orthen im textern theil seiner Anmerkungen über die erneuerte Fr. Reformation standhaft behauptet werden, cloccciv.

g) apud CARPOVIVM, in festis Zittauens. p. 260.



IV. requirebant, vt eiusmodi vicarii senatorum sint laici. Quum quondam clerici haud permittere vellent, in causis clericorum testimonium ferre; sed hoc in pluribus decretis ecclesiasticis prohiberetur: neque ii admittebantur in foris secularibus *h)*, si quoque ad id sese offerrent. Exstat hac de re constitutio *LOTHARII i)*, quae profecto omnem meretur attentionem: *quanquam sacerdotis testimonium credibile habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio, aut consiciendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non conuenit.* *GOSLARIENSES k)* excludebant a ferendo testimonio *einen papen, oder einen begebenen Mann* eosque clericos solum in subsidium admittebant. Idem quoque colligitur ex iure *LYTICO l)*, neque immerito, si quidem clericis facultas, in iudicio comparendi, denegatur quumque *FRANCOFORDIENSES* sine dubio, hoc quum decretum facerent, denuo machinationes clericorum fraudulentas considerarent, quibus moribundorum bona rapere studerent; neque ipsis ignotum esse posset, clericos quondam saepenumero testis partibus fuctos esse, vbi testamenta conderentur *m)*, iustae profecto ipsis sese obtulerunt causae, cauendi; ne quisquam testis rogaretur in eiusmodi testamento, qui sit clericus. Hoc quum significabant in verbis: *die allhier zu Franckenfort Burger oder weltliche Beyseffen seyn*, ex iisdem tandem.

V. liquet, haud quidem interesse, vtrum ii, qui in tali testamento in locum senatorum sunt suffecti, sint ciues; an incolae; alterutrum tamen in iis supponi; neque prius valide testamenti factionem suscipi posse, quam si sint vel ciues; vel incolae. Etsi inter iura ciuium ac incolarum maxima sit differentia, quam

h) *SEV. BINI collect. concil. tom. I. p. 325. et IO. HARDVINI concil. tom. I. p. 290. Addas cap. 9. Caus. II. quaeft. I.*

i) *capit. Lotharii, tit. v. leg. 30. tom. II. capitular. BALVZI, 337.*

k) *leg. Goslar. libr. II. tit. we tu ghen mag edder nicht, §. 21. tom. III. script. rer. Germanicar. LEIBNITZ, p. 523.*

l) *libr. I. cap. 31. p. 33. Ven. PRAESES, de testis, reo paris praesstantia, sect. IV. in eius opusculis, tom. II. p. 353.*

m) *ita nominantur in instrumento donationis inter virum et uxorem, seculo XIII. confecto et a SENCKENBERGIO diff. citata. p. 70. edito, Gottfridus parochianus et Magister Nicolaus.*



quam satis eleganter PETR. CHRIST. DIETZIVS exposuit n); vterque tamen ordo hac in re paribus fruebatur iuribus, quum statim initio quoque senatus rationem haberet incolarum, ac non minus ipsi modo hoc minus sollempni testari permetteret. Quid mirum itaque est, quod coram incolis testari concederent, quum ii non minus; quam ipsi ciues iurisiurandi religione essent obstricti? o)

§. XIII.

Si cum his comparamus, quod de talibus vicariis senatorum recentiore aetate et quidem partim in privilegio MAXIMILIANI p); partim in reformatione Francofordiensi q) cautum: parum quidem id distare videmus a primo illo decreto; ita tamen est comparatum, vt omnino nostram attentionem mereatur. In vtraque lege denuo numerus ternarius testium aequae ac eorum honestas requiritur; haud quidquam tamen de probitate; vel eorum de genere tradi videtur; neque mentio fit incolarum ac solum adhuc adiicitur, quod partim eiusmodi senatorum vicarii esse debeant *gläubwürdige personen*; partim *geschworne ingesessene Burgere*. Quum clare constat, solum in locum vocabuli *fromm* substitui *gläubwürdig* et iam supra animaduerti, etiam in primo decreto nihil aliud priori sub vocabulo indicari; quam quod is, qui loco senatoris in testamento tempore contagionis, adhibetur, iustus sit; vel integer ideoque omnem mereatur fidem, reuera legumlatores in recentioribus legibus idem repetere voluerunt, quod eorum placeret maioribus et solum ad euitandam ambiguitatem alio vtebantur vocabulo. Eadem ratione voluerunt retinere quoque eorum praecepta de sexu; neque ipsi in mentem venit inter eos, qui tempore contagionis loco senatorum recipere poterant vltimam voluntatem, admittere feminas, quum

n) de discrimine ciuium et incolarum praesertim Francofurti ad Moenum, Goettingae, 1603CCLVII.

o) notum est sub nomine *des Beicids* iurisiurandum, quo incolae obstringuntur. Eius antiquior formu-

la exhibetur in ORTHII *Anmerkungen über die sogenannte erneuerte Reformation, Fortsetzung III.* p. 229.

p) apud ORTHIUM, *loc. mem. Fortsetzung II.* p. 675.

q) *part. IV. tit. I. §. 3.*



quum haud nominatim iuberent, quod esse debeant masculi; siue *Mannspersonen*. Supra quidem iam animaduertimus, quosdam iuriconsultos in eiusmodi calamitosis temporibus feminas haud arcere ab officio testis testamentarii; tantum tamen abfuit, vt FRANCOFORDIENSES, quum MAXIMILIANI priuilegium impetrarent, eandem fouerent sententiam; vt superfluum ipsis potius videretur, hac de re quidquam adiciere. Quum eiusmodi ciues, ad testatorem vocati, loco senatorum, coram quibus alioquin ciues Francofordienses testari liceat, comparent eorumque veri sunt vicarii, iam ex eo liquet, feminas ciuili hoc negotio fungi haud potuisse. Satis euidenter quoque per id significabant, quod tres ciues adesse vellent. Extra omnem dubitationem est positum, testes masculos esse debere, vbi solemnitatis caussa testes actui interfunt r); neque erramus, si praesentiam testium inter sollempnitates referamus, vbi plus; quam duo testes requiramus s). Eo quum accedit, quod non; nisi illos admittendos censerent, qui essent ciues iurisiurandi vinculo ciuitati adstricti: *so geschworene ingeseffene Bürger sind* et licet quoque feminae iuris ciuitatis capaces semper fuerint; immo quoque iusiurandum ciuium, quum illud ipsis impertiretur, nonnumquam quondam praesfiterint t), eo recentiori tempore haud obstringi soleant v), luculenter easdem his verbis ab eiusmodi excludunt negotio. Illud tandem demonstrare possumus ex satis notis praecipis artis leges interpretandi, quas iuriconsulto transgredi haud licet. Secundum illas legem, quam dicunt derogatoriam, stricte explicare debemus. Neque in priuilegio MAXIMILIANO; neque reformatione feminarum mentio sit, quae tempore pestis, vbi ciuis testari velit, officium senatoribus alioquin solum demandatum exequi possent; in primo vero decreto ab eo claris verbis excluduntur. Non possumus itaque; quin idem; aliis tamen verbis legibus in recentioribus fieri statuamus; vbi vero latius progrediamur et ad sequentia verba

r) L. 13. D. de testibus.

s) L. 12. D. et L. 9. §. 1. C. de testibus. Ven. PRAESES. *introduc. in controversias iuris ciuilibus, sect. II. cap. IV. memor. III. §. 41. p. 553.*

t) ORTHIVS in den *Anmerkungen über die Reformation zu Franckfurth, Fortsetzung III. p. 142. lqu.*

v) ORTHIVS, *loc. mem. p. 133.*

verba nos conuertamus, quibus in priuilegio traditur, quod esse debeant vicarii illi senatorum *geschworne ingeseffene Bürger daselbst zu Franckfurt* atque in loco reformationis FRANCOFORDIENSIS, ex priuilegio, modo laudato, descripto praecipitur, quod eiusmodi viri, testamentum recepturi, sint *geschworne eingeseffene Bürger dieser Stadt*: vtramque legem a priore triplici modo discedere videmus. Quoniam 1) ciuis prius; quam iusiurandum praeficit, iuribus ciuis frui nequit: maiores haud opus esse credebant in veteri senatusconsulto, anno c1010xiii. condito, vt iurisiurandi mentionem facerent; in sequentibus tamen omnino illud contigisse constat. Quum ab eo abhinc tempore nunquam admitti potest is, qui quidem ciuitatem est consequutus; nondum tamen iusiurandum ciuicum praeficit; ante illud autem haud facile recusari poterat. Sed in eo non adquieuerunt legumlatores! Quum porro 2) non; nisi eum ciuem admittunt, qui Francofurti commoratur ac omnino quoque exteris iure ciuitatis Francofurtensis frui licet x): hi iam priuantur facultate, senatoris loco testamentum tempore pestis recipiendi, si euenit, vt, quum illud condatur, Francofurti haud habitent. Haec quum ipsis priori senatusconsulto non denegatur: tandem 3) sine dubio incolae ab eodem excluduntur, quum, vt supra monstraui, coram iis testari in primo senatusconsulto claris verbis permittitur; in recentioribus vero silentio praetereunt ac satis constat, incolas caute semper tam antiquiori; quam recentiori aetate a ciuibus distingui; neque istos sub his comprehendi posse. Variis quidem designantur nominibus, ita, vt dicantur *Beysassen, Hintersassen, mitbewohner, die den Bürgern zu verantworten vnd zu versprechen stehen, die zu der Stadt gehören vnd ihr zu versprechen stehen*; nunquam tamen ciues adpellantur y).

§. XIII.

SIVE sint scabini; vel senatores; siue eorum vicarii, ciues nimirum honesti atque fide digni, coram quibus faciendum sit testia-

x) ORTHIVS, *Anmerkungen, Fortsetzung* 1. p. 146. lqu.

y) ORTHIVS, *loc. mem.*



testamentum; D) rogari debent, vbi hoc negotium suscipere velint. Vbi secundum verba legum nostrarum rem diiudicare velimus, rogatio solum locum habere videtur, si tabulae testamentorum senatoribus offerendae sint; vel coram iis voluntas nuncupanda. Quum primum conderetur decretum anno seculi decimi et quinti xv. hocque testamenta illa coram tribus scabinis; vel senatoribus facienda introducerentur: rogationis huius mentio inprimis fiebat, quum, eosdem testatorum precibus satisfacere iuberet, sequenti modo: *auch ist der Rat sunderlich überkommen, das ein iehlicher, er sy scheffen oder Rat, so er darumb verbott vnd gebeten wird, by solche Befessunge — geen sal, als verre er dis vermag ane alle geuerde z.* Nihil hac de re legitur in decreto altero, quo de modo testandi coram tribus ciuibus est sermo et sine dubio per id factum est, vt, quum in priuilegio MAXIMILIANA) proponeretur, quid senatus in vtroque decreto ordinauerit, solum rogationis mentio fieret, vbi coram senatoribus testamentum condatur hocque etiam in ipsa contingeret reformatione; verumenimvero haud interest, vtrum coram illis; an tempore pestis coram aliis testari quis velit; sed vtroque potius casu rogatio peragi debet. Si necesse esset, vt testator propositum suum ipsi magistratui indicaret hucque scabinos; vel alios ciues deputaret: rogatione deputationum superferre posset; sed iis, vti supra copiosius monstrauimus, sine mandato magistratus comparentibus, omnino opus est, vt vel minimum rogatu testatoris negotium hoc suscipiant. Non sine ratione rogationis scabinorum aliorumue senatorum mentio fit; vbi autem hi rogandi sunt, illud fit non honoris causa; sed vt eo clarius constet de libera testatoris voluntate, testamentum ita condendi ideoque idem non minus ob eandem rationem eorum in vicariis supponitur, quumque secundum ius commune haec sollemnitas in omni vltima voluntate obseruatur: ex illa inprimis libertas voluntatis testatoris elucet eandemque ob causam adhuc in foro retinetur, etsi ab ipsis Romanis sit profecta: eo

z) apud SENCKENBERGIUM in der
weiteren Ausführung von gerichtlichen
Testamenten der Teutschen, Beyf.
litt. F. p. 66.

a) apud ORTHIUM, in den Anmer-
kungen über die Franckfurthische Re-
formation, Fortsetz. II. P. 675.

eo maiori quoque iure Francofurti senatores illos; vel alios
 cives a testatore rogandos esse putamus, coram quibus testamen-
 tum suum condere velit hocque etiam ipsa reformatio Franco-
 fordienſis abunde confirmat, vbi indistincte testatori praecipit,
*dass er drey Rathspersonen oder im Fall sterbender Laufft drey
 andere ehrbare Bürger als Zeugen zu sich erfordere b)* hosque
 paulo post die drey erforderben vocat.

§. XIV.

Non sine ratione iis, quae tradidi, addo, II) senatorum,
 vel civium, coram quibus testamentum fit, vel minimum tres
 esse debere; nunquam autem plures requiri atque eosdem sem-
 per III) tanquam testes illius voluntatis in actu praesentes esse.
 Rationem, cur FRANCOFORDIENSIBUS ternarius placuerit nume-
 rus hique hoc nomine discedere voluerint ab iis civitatibus,
 quae duos saltem senatores sufficere putarent, vbi eorum testi-
 monio opus esset, leges haud definiunt; eam tamen vel in eo po-
 niendam censemus, quod ipso quoque iure Romano vel minimum
 trium testium hypotheca munita esse debeat, quae cum publica
 sit comparanda c); vel in eo, quod tribus ordinibus constat ma-
 giftratus, huiusque loco testes illi in actu testandi comparerent.
 Quum eo tempore testamenta illa innotescerent, quo iam aude
 Germani adoptarent, quicquid Romanis placeret atque apud eos,
 vti cuilibet est notum, fieri fortasse potuit, vt respicerent ad
 numerum ordinum, quod quinque testes in testamentis, quae
 per aes et libram conduntur, loco quinque priorum classium Ro-
 manorum civium adhiberentur; forsitan tamen placuit Franco-
 fordienſibus huiusmodi numerus, quod secundum ius canonicum quo-
 que trium personarum, nimirum parochi ac duorum testium
 praesentia in testamento sufficeret d). Licet non facile plures
 vocentur testes; haud tamen id prohibitum esse, concludo ex
 primo illo decreto, ann. c1000cxv. condito, quo legimus: *das
 sie ihuen sollen zum meynſten vor drien des Rates zu Franchfort.*

E 2

Nun-

b) part. II. tit. 1. §. 10.

c) L. II. C. qui potiores in pignore.

d) WOELCKEREN *comm. succincta*

in *cod. iuris statutarii Norici*, tom.
 III. p. 5. et ORTHEUS, *loc. laudat.*



Nunquam plures requiri, clare constat ex eo, quod coeco, qui secundum iuris Romani e) praecepta aequae ac ordinationem notariarum caesaream f) non; nisi coram octo testibus testari possunt, permittatur, coram tribus g) personis testari liceat, siue sint senatores; siue alii ciues: nachdem auch die Recht ein sondere Solennitet sonderlich mit Anzahl der Zeugen, wann ein Blinder sein Testament und letzten Willen machen will, erfordern, und aber obberührt unser Statut und darüber erlangte Freyheiten hierinn Anzahl der Zeugen halben kein Vnterscheid machen: so lassen wir es dabey bleiben das die Blinden gleich andern vor dreyen Personen in besondern Fällen beständiglich testiren mögen. Quum hoc nomine nostra testamenta cum iudicialibus conueniunt, quae coecus sine dubio facere potest, licet solum ii praesentes sint, in quibus ordinarie iudicium consistit, posset quidem quisquam conicere, haud solos esse testes senatores; vel eorum vicarios, coram quibus testamentum sit conficiendum; verumtamen contrarium ex modo recitatis verbis constat, et alius locus reformationis idem abunde comprobatur, non solum hos; sed quoque istos, quum testamenti factioni interfunt, non; nisi pro testibus testamentariis reputandos esse ac *ORTHIVM*, qui contrarium statuit, refutat h); hoc autem nos haud impedit; quominus cum eodem statuamus, IV) eos loco totius senatus testimonio fungere.

§. XV.

Quum memorati viri haud a senatu ablegantur testisque solum partibus fungi solent: eos *actuarius* iudicii non comitatur; immo nec necesse est, ut stipatus sit notario. Eo minus hoc in dubium vocari potest, si consideramus, eius haud mentionem in legibus antiquioribus; neque id generatim requiri in ipsa reformatione *FRANCOFORDIENSI*; vbi autem notario testator uti velit, ut totum testandi actum modo, fide digno, describat haecque ratione etiam illum rite peractum esse post obitum senatorum; vel ciuium; vel eorum in absentia, rite probari queat,

e) L. 8. C. qui test. fac. possunt.
 f) Notariatsordn. vom J. 1512.
 §. 32.

g) part. iv. tit. 1. §. 7.
 h) part. iv. tit. 1. §. 10.

queat, sine dubio id ipsi est permissum. Concludimus illud partim ex observantia perpetua, quae iam seculo superiori i) obtinuit; partim autem ex ipsa reformatione FRANCOFORDIENSIS k), quae haec legimus: *es möcht auch der testator, ob er lieber wolt, solches vor einem vertrauweten, doch bekanten glaubwürdigen Notarien vnd sieben glaubhaftigen Zeugen oder auch dreyen Rathspersonen verrichten, ein offen Instrument darüber machen lassen vnd dasselbig sampt dem Einschlus an ein vertrauet Ort bis an den Todesfall hinderlegen*; minime vero notarius duobus testibus instructus esse debet, qui ordinarie interesse solent negotiis a notariis suscipiendis atque subsignare instrumenta, super iis conficienda. Fuisse, qui hoc existimarent: immo quibusdam in controuersis iudicialibus recentiori adhuc tempore agitatis contenderent, satis constat; sed cum illis minime facere possum. Et si formulae notariorum, quibus, testaments praesentia senatorum, vel eorum vicariorum condita esse, testantur, ita sint comparatae, ut haud solum continere videantur protocollum ll); sed sollemne potius instrumentum, quod alioquin non; nisi cum testibus conficere soleant hocque etiam, sine dubio aduersarios in hanc opinione trahat, neque negandum sit, summum virum, DAVID. MEVIUM l) illius fuisse fautorem; necesse tamen est, ut in lege persistamus, haecque haud requirit, ut si notarius adhibeatur, peculiare secum habeat testes. Ratio, cur illud alioquin iura postulent, praesentibus aliis viris omni fide dignis; nimirum tribus senatoribus; vel ciuibus eorum in locum succedentibus, prorsus cessat. Si quoque, quod testamento manu sua adiicit notarius, instrumento simile sit, solo a protocollum omnino diuerso; reuera tamen nihil aliud est; quam protocollum, quo notarius describit, quid eius in praesentia factum sit; ad illud autem conficiendum capax est tabellio, si quoque testibus non sit stipatus, uti partim ex ordinatione notariorum

E 3

rum

i) Legimus hoc testimonium publicum senatus Francofordiensis apud ORTHIVM, in *den Anmerkungen zur Reformation*, Fortsetz. II, p. 679.

k) part. IV, tit. 1, §. 12.

ll) formulam, quae testamentis adici solet, exhibet HOFMANNVS, *diff. adlegata*, p. 47.

l) *comment. ad ius Lubecense libr. I, tit. 1, art. 92, num. 9, p. 256.*



rüm *m*) caesarea liquet; partim ex quotidiana experientia. Eandem ob rationem secundum modo memoratam legem si quis coram septem testibus condere vult testamentum, sufficit, notarium inter eos esse *n*); neque opus est, ut praeter illos hic duobus cum testibus compareat, quemadmodum iurisconsultus Ienenensis, cuius auctoritas magni adhuc est ponderis, MATTH. nimirum COLERVS *o*) recte animaduertit. Sed quid plura disputo? Iam superiori seculo senatus FRANCOFORDIENSIS testimonium publicum in lite quadam, quae coram augustissimo camerae imperialis iudicio fuit agitata, exhibuit, quo idem adfirmat, quum testamentum hoc nomine impugnaretur, quod notarius testibus illis haud fuerit instructus *p*): *sondern das 3tens selbige auch in Gegenwart dreyer Rathspersonen, so der Notarius in seinen darüber aufgerichteten Instrumento benamset vnd zwar 4tens ohne Beysein zweyer Instrumentszeugen aufgerichtet werden, wie die allhiefige tägliche Observanz von undenklichen Jahren her mit sich bringet und bezeuget*; praeterea autem iurisconsulti TVBINGENSES *q*) eadem fere aetate responso pronunciarunt, secundum reformationem Francofordiensem haud opus esse, ut praesentibus tribus senatoribus; vel eorum vicariis notarius, qui simul adest, duobus testibus sit instructus.

§. XVI.

Is, qui hoc modo coram tribus senatoribus; vel eorum vicariis testari vult, vel ciuis; vel incola esse debet. Colligere illud iam licet ex causa, ob quam eum introductum esse supra docui. Impedire voluit magistratus; quominus ecclesia; vel pia corpora, hereditatibus potirentur per testamenta, quae clerici fabricarentur. Quum illud ipsi tantum damnosum esset, ubi ciuium, vel incolarum bona ea essent, quae heredipetae illi religiosi sibi adquirere studerent: iis tantum normam praescripserunt,

m) Notariatsordnung vom J. 1512. §. 5.

n) tit. 1. §. 2.

o) part. II. decis. 250.

p) apud ORTHIVM, in den Anmerkungen zur Reformation der Stadt Frankfurth, Fortsetz. II. p. 679.

q) consil. Tubingens. vol. II. consil. IX. num. 6. p. 54.

runt, quam in testamentis obseruarent; verum tamen nobis non opus est, vt hoc in argumento adquiescamus. Quod adfirmo, clare ex legibus constat patriis. Quum WENCESLAVS imperator solum ciuibus atque incolis, *Burgern oder Inuolnern r)* non; nisi sub ductu magistratus testamentum condere permitteret, decreto initio seculi decimi et quinti condito eos denominauit, quibus liceat coram tribus scabinis; vel senatoribus testari atque eorum in censum referret ciues aequae ac incolas laicos; *Burger oder ein weltlicher Beyfafs*, et hoc in fine repetit. Idem fit in sequenti senatusconsulto, vbi permittitur, tempore pestis in locum senatorum alios surrogare ciues s). Non itaque sine ratione, eos esse, quibus facultas, hoc modo testandi, competat, animaduertent, quum ab imperatore MAXIMILIANO priuilegium impetrarent. Clare tradit augustus t): *da yemand in bemelter Statt Franckhfurth, der were Burger oder Beyfafs dasselbst —, sein testament, Besetzung vnd letzten Willen machen vnd aufrichten wollte* ideoque nec est mirum, quid sit, quod in reformatione Francofordiensi, quae adhuc valet, clare sit cautum v): *dass ein jeder in dieser Statt, der seye Burger oder Beyfafs, so er sein Testament machen will, solches nur vor dreyen darzu erbetteten Personen des Rahts thuen mag.* Haud interest, vtrum testator sit masculus; an femina, vti clare liquet ex priuilegio MAXIMILIANI; peregrinos autem Francofurti commorantes etiam hoc modo testari posse, cum iuriconsultis HALENSIUS x) ac IO. DAN. HOFMANN y) statuerent non possum ideoque latius adhuc progredior; quam ORTHIVS z), qui dubius hac in re atque anceps, vel minimum hospiti, testaturo aliam testandi formam commendat. Etsi satis notum sit, peregrinum secundum iura loci testari debere, quo iam commoratur; haud tamen

r) apud SENCKENBERGIUM disquisitione, qua testamenti publici originem et solemnitates extrinsecas secundum ius Romanum ac patrium, vinctur p. 72.

s) apud ORTHIVM, in den Anmerkungen zur Reformation der Stadt Frankfurth, Fortsetz, II. p. 219.

t) apud ORTHIVM, loc. memorat. p. 175.

v) part. IV. tit. I. art. 2.

x) in responso ann. 1606 ccccxxiv. exarato, cuius verba recitauit ORTHIVS, loc. laud. p. 254.

y) de testamentificatione publica Francofordiensi, §. IX. p. 28.

z) loc. memorat.



fruitur privilegii, in testamentifactione civibus; vel aliis indigenis concessis. Permittunt solum FRANCOFORDIENSES civibus suis, testamenta condituris, coram tribus senatoribus testari; minime vero id ipsis praecipunt; neque alios modos testandi improbant; sed potius eos clare confirmant. Eiusmodi constitutiones stricte esse interpretandas, haud incognitum est; neque aduersariorum sententia firmari potest ex decreto, quod anno MDLXXXIII factum esse ferunt, quodue IO. MAX. RAVMEVGERS *a*), HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *b*), IO. PHIL. ORTHIVS *c*), IO. HENR. HERM. FRIESIVS *d*) ac IO. DAN. HOFMANNVS *e*) ediderunt; singulari autem dissertatione illustravit vir, de re publica patria optime meritus, ill. HIERON. PETR. SCHLOSSERS *f*). In eo quidem haec legimus: *Ein erbar Rat hat allhie aus beweigenden Ursachen gesetzt vnd geordnet, das hinfunders von dato an ein iede fremde vnd einheimische Manns oder Weibs person, so allhier vermög dieser statt habenden privilegii statuts vnd Reformation vor drien Ratsfrunden in testamenta, geschafft vnd letzte Willen zu machen vnd aufzurichten Vorhabens; sed ne syllaba quidem in hoc decreto inuenitur, ex quo colligi posset, voluisse magistratum ab eo discedere, quod iam in pluribus alijs legibus ipsi placuit: ab imperatore MAXIMILIANO confirmatum ac reformatione paullo ante, nimirum anno MDLXXVIII. vulgata, repetitum; sed potius sese refert ad istam. Haud itaque ratio habenda est erroris, in quem auctorem decreti verfatum esse oportuit, vbi credidit, etiam peregrinos hoc modo testari potuisse, quum in illo haud definiretur, quis hoc modo testamentum suum condere posset; sed legata piae causae relinquenda tangeret. Conciliare quoque porro possumus facillimo modo*

a) in dem eilfertigen Sendschreiben eines frackfurthischen Vaters an seinen auf Vniuersitäten studierenden Sohn, MDCCXXXVI.

b) in der weitern Ausführung von gewichtlichen Testamenten, p. 67.

c) in den Anmerkungen zu der Reformation der Stadt Frackfurth, Fortsetz. II. p. 229.

d) in dem ersten Dutzend unterschiedlicher zur Erleuterung der Frackfurter Reformation dienender Verordnungen, St. XI. p. 11.

e) loc. laud.

f) in den zufälligen Gedanken über ein altes sogenanntes Frackfurtisches Statut vom J. 1583 die Testamente betreffend; Frackfurti MDCCCLXXXV.

modo memoratum decretum cum reliquis, si consideramus, non de omnibus peregrinis aequè ac indigenis; sed de iis tantum esse sermonem, quibus facultas competit, coram tribus senatoribus; vel eorum vicariis testandi, ac sub peregrinis illos intelligimus, qui iure civitatis fruuntur; alibi tamen domicilium habent et solum iam Francofurti sunt, quum testamentum condere velint *g*). Hanc ob rem hæud quidquam mutatum est, quum reformatio Francofordiensis denuo ann. c1010cxi. in lucem prodiret, uti recte animadvertit Io. DAN. HOFMANNVS *h*); sed potius etiam ibi solum mentio facta est civium atque incolarum. Omnia hæc ita sunt comparata, ut si quoque cum multis aliis, decretum hoc dicto tempore omnino conditum esse hocque vim legis nactum esse, statueremus, illud haud deterrere me queat a sententiâ adoptata; verum enim vero ipse celeberrimus vir, HOFMANNVS, etsi aduersariam tuteatur et ad illam firmendam ad ipsum hoc decretum prouocet *i*), paullo post concedit, incertum adhuc esse, num vnquam auspiciis senatus eiusmodi factum fuerit; an potius prinata sit senatoris cuiusdam annotatio ac simul animaduertit, in tabulariis publicis illud non reperiri *k*). Mihi quoque haud est probabile, vnquam illud probari potuisse ab illustri senatu, si ad principia illa, quæ continet quæne aequitati, immo iustitiæ haud conveniunt, respicio. Ex *depositionis taxa*, a testatoribus consulis soluta, tuto haud argumentari possumus, ipsorum testamenta coram tribus senatoribus; vel eorum vicariis esse condita. Eius itaque rationem haud habemus, licet ad illam quoque prouocet ill. HOFMANNVS *kk*) quumque tandem recentiori tempore statuto, quod ann. c1010cclxxv. conditum et ab Io. PHIL. ORTHIO *l*) editum, modo memoratum statutum penitus

g) retinere posse diuem Francofordensem ius civitatis, si alium in locum se confert, ipse ORTHIVS in saepius laudato opere, *Fortsetz.* III. p. 144. tradit.

h) loc. mem. p. 36.

i) loc. laud. p. 28.

k) p. 34. Pro veritate decreti me-

morati acerrime pugnat ORTHIVS, in *denen Zusatzten* p. 98. sq. sed longe aliter sentit ill. SCHLOSSERS *loc. mem.* p. 10. Iqn. cuius iudicium magni est ponderis.

kk) p. 28.

l) in *der Sammlung merkwürdiger Rechtschändel*, part. XIV. et XV. p. 1069.



nitus in dubium vocatur atque *ein im J. 1587. vergangen seyn* sollendes statutum dicitur ac penitus illud ibi abrogatum est: iure profecto peregrinos ista a testamentifactione excludimus.

§. XVII.

Quum non solum testator coram tribus senatoribus; vel civibus voluntatem suam nuncupare *m*); sed scriptum etiam testamentum offerre potest; hoc litterarum quoque ignavis conceditur et si non ipsi nomen suum subscribere possunt; vñ testium illud committi potest. Sine dubio ad id; quod in iure Romano eo de casu cautum *n*); respexerunt; ab illo tamen in eo sunt digressi; quod hoc casu haud maiorem desiderant numerum testium; sed sufficiat; testamentum ab vno testium trium esse subsignatum; reliquisque; postquam a testatore clausam; oblatum *o*). Licet eo tempore; quo nostra testamenta introducerentur; ea non cogitari possent; nisi fuerint scripta; vti discimus ex iis; quae in primo senatusconsulto cauta sunt de sigillis; quibus sit munientum *p*) quaeue semper scripturam supponunt; secundum recentiora tamen iura ea plane omitti potest; sed omnino mortuo testatore fides est habenda testibus; qui referunt; quid testator ordinaverit. Hoc quum sponte sequitur ex legibus nostris; in quae-

m) lib. iv. tit. i. §. 12. Vocatur in §. 11. sein Testament vnd lezten Willen öffentlich vor den Zeugen erklären.

n) L. 28. §. 1. C. de testamentis.
o) nec praelectio in reliquorum testium praesentia necessaria est; quod contra V. C. Hofmannum est notandum; qui aliam in sententiam discedit. *dissertat. laudata*, p. 46. Me non fugit; litterarum ignarum cum coeco comparari solere hocque nomine praelectionem testamenti eius ex plerorumque sententia necessariam esse; vti SAM. STRÖCKERUS de *civitel. testamentor.* cap. XIII. §. 21. Io.

MATHE. SEVTER de *testamento analphett.* Altörffi, 1705. IOANN. BALTH. WERNHER, *part. iv. obs. 64.* ac VEN. PRAESES; *introd. in controuersias iuris civilis*, sect. II. cap. IV. membr. III. §. 24. exposuerunt; sed praelectio si generatim exigeretur; haud celari posset vltima voluntas; quod tamen hoc loco intenditur et ea; quae solum iure communi de forma testamenti sunt cauta; ad nostra testamenta commode adplicari nequeunt.

p) apud SENCKENBERGIUM in *der weitem Ausführung von gerichtlichen Testamenten*, p. 66.

sione, quatenus testamentum sigillis sit muniendum, id, quod legibus antiquioribus quodue recentioribus cautum, sedulo distinguere debemus. Secundum istas vel coram senatoribus; vel eorum vicariis, civibus nempe, tempore pestis condebatur testamentum. Quam prius si contingeret, ab arbitrio testatoris dependeret; vtrum vellet, vt sigilla adponerentur; an hoc ritu superfederet, ideoque rogare deberet, vt senatores sigilla adponenda curarent, si iis corroborandam esse censeret vltimam voluntatem: vel munebatur ea sigillis testium priuatis; vel sigillo ciuitatis publico. Quum decreto primo solum praesentiam senatorum necessariam esse traderent legumlatores, ita pergunt: *und als ferre dieselben Befetzere des begeren vnd bitten, so sullen des Rates Ernnde das durch bede willen mit iren selbs Ingesiegeln oder mit der Stadt Franckfort kleinen Insiegel tun besiegeln.* Aliter res sese habuit, vbi alii ciues testes vocarentur tempore pestis, atque omnino testator rogare deberet, vt testes scripturam corroborandam curarent sigillo; neque eorum arbitrio relinquere- tur, vtrum vti vellent sigillo ciuitatis; sed hoc clare praescriberetur q): *das dann der oder die solehes vor drien frommen ehrbaren Mannspersonen — — tun müssen, und dieselbige bitten des Rats cleyn Insiegel an den Brief zu hencken.* Licet eo tempore, quo vtrumque factum esse constat senatusconsultum, cui- libet sigillum gerere liceret; neque ignotum esset magnum illud discrimen; quod adhuc valet inter sigillum publicum aequae ac priuatum: profecto rationem distinctionis, in vtroque factae, non proferre possumus; nisi eam ad aetatem oculos conuertamus, qua nequidem omnes nobiles ac multo minus ii, qui non fuerint nobilitate praediti, sigillum gererent; ciuitates vero illa habent; non facile tamen instrumentum conficeretur, cui non sigillum vel adponeretur; vel adpenderetur et si quis sigillo non esset praeditus, quo eiusmodi documentum confirmaretur, ciuitatem; vel priuatum alium requireret, vt, sigillo eius litteras muniri, pateretur r). Eius rei satis illustre exemplum

F 2

nobis

q) decretum ann. 1510. apud ORTHIUM in den Anmerkungen zur Reformation der Stadt Franckfurth, Fortsetzung u. p. 219.

r) IO. MICH. HEINECCIUS, de vet. Germanorum sigillis, lib. 1. cap. 11. IO. GEORG. CRAMER de iur. et praeroga-



nobis suppeditat VAL. FERD. GVDENVS s) in charta sequenti ann. c1000xxx. exarata: nos Rupertus, Dominus in Vyrnich et Dna Iutta, collateralis eiusdem. Rogamus vos Dnm Gerhardum de Lantzeronin ac Dnum Gerardum vestrum ibidem, milites et amicos meos multum deuotos, sincera dilectione premissa, quatenus tractatum confectum super hereditatem nostram suam in Reymagin ex parte Dni de Valckenburg sigillis vestris munire et sigillare dignemini, vt id apud vos deseruire in perpetuum teneamur. Et si aliquod dampnum vobis ex hoc eminuerit, aut in posterum superuenerit, promittimus per praesentes vos de eodem plane et fideliter subleuare. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum dominica post Lucie virginis anno Domini MCCCricesimo; neque minus id alia innumera monumenta mediae aetatis abunde docent: per id autem euenit, vt quoque Francofurti dia conseruaretur differentia inter eos, qui sigillorum essent capaces ac die siegelgenossen vocarentur atque illos, qui iis opponerentur t) hique potissimum sigillo ciuitatis instrumenta sua confirmanda curarent. Quoniam non; nisi nobiles facultatem habebant sigillum gerendi atque imprimis antiquiore aetate potissimum cooptabantur e) ac vel minimum pars ciuium, qui in senata locum haud haberent sigillorum incapax erat, helle omnia haec legibus nostris lucem accendunt. Quum testamentum coram senatoribus conditum in notitiam magistratus peruenire posset, si quoque priuatis ipsorum sigillis esset corroboratum, sed testamenta coram aliis ordinanda prius haud senatui innotescerent; quam si adpenderetur sigillum publicum, perspicimus quoque rationem, cur solum sigillum in his; minime autem illis requireretur; in reformatione autem FRANCOFORDIENSI non minus sigillorum testium aequae ac sigilli ciuitatis mentio fit. Vti ipsae testamenti tabulae a testibus sigillis confirmari debent, si sunt apertae, neque interest, vtrum iam sint senatores; an alii ciues; ita illa quidem a legislatoribus haud desiderantur;

vbi

rogatiuis nobilitatis ciuitae, cap. v. p. 316. ac CHR. LVDOV. SCHEIDTIVS, in der Nachricht von dem hohen vnd niedern Adel, p. 220. 230. sq.

s) cod. diplomatico, tom. II. p. 1044.

t) part. I. reform. tit. VI. §. 4.

v) LERSNER, in der Franckfurtischen Chronik, libr. I. cap. II.

vbi clausae sunt, dum testibus exhibentur; vtroque tamen casu post obitum testatoris sigillum ciuitatis adpendi debet, quum vltima voluntas aperiatur x). Hoc in defuetudinem venisse, testis est ORTHIVS y); nunquam vero testamentum senatoribus; vel aliis ciuibus oblatum deprehendimus, quo non illi sine distinctione subscriptionibus suis sigilla adiiciant, siue illas ipsae tabulae testamenti exhibeant; siue innolucrum, quum vel minimum subsignatio testamenti cuiusuis scripti necessaria secundum antiquiora decreta; ab iis vero auctorem reformationis discedere voluisse, haud praesumendum est. Tandem secundum eandem legem a testibus, siue sint senatores; siue alii ciues, testamentum consuli in cancellaria tradendum est et penes eum reponendum, si sit scriptum. Deriuanda haec sanctio est ex decreto illo, quo tempore pestis coram tribus ciuibus testari permitteretur. Quum senatus cauere vellet, ne eiusmodi testamentum ipsi incognitum permaneret: conditionem eum adiecisse constat, *doch das solches alsbald in Schrift verfasst, in die Schrey getragen, daselbst der Briff darüber gemacht vnd vmb Siegelung gebeten werde.* Forsan hanc quoque prouidentiam magistratus haud adhibuisset, si non dudum consuetudo introducta fuisset, alia quoque, coram tribus senatoribus condita, testamenta actis publicis adiungendi eaque in libros describendi publicos; verumtamen haud statui potest, illa testamenta scripta, quae consuli haud sunt tradita; neque ab eo custodita, infirmari. Amplissimus senatus dudum sententiam hanc adoptauit z) eamque in relatione ad cameram imperii missa ac supra iam memorata, copiosius exposuit a); neque minus illam defendit HENR. CHRIST. SENCKENBERGIUS b).

§. XVIII.

x) *part. iv. tit. i. §. 10. et 11.*
 y) *in denen Anmerkungen zur Reformat. der Stadt Franckfurth, p. 260.*
 z) *teste concluso senatus de anno 1609. apud ORTHIVM in den Anmerkungen zur Franckfurthischen Reformation, Fortsetz. II. p. 252.*

a) *legitur in der Sammlung merkwürdiger Rechtshändel, Theil xiv. et xv. p. 1035.*

b) *dilquif. qua testamenti publici originem et sollemnitates extrinsecas rimatur, cap. iv. §. 7. pag. 60.*



§. XVIII.

OMNIA haec viam mihi parant ad quaestionem adhuc in medium proferendam: quamnam in classem testamenta illa Francofurtiensia, quae coram tribus senatoribus; vel eorum vicariis conduntur, sint scribenda? Libens concedo SENCKENBERGIO c), ea esse testamenta *publica*, quoniam vel minimum testes, qui testamentificationi interfunt, secundum privilegium Wenceslai ac quod illud sequutum est, senatus decretum, loco senatus interfunt eumque in hoc actu repraesentant; neque minus ab illustri collegio, ubi ipsi a testibus illud exhibetur, custoditur ac rite post mortem adperitur. Hoc quum valet hisce de tabulis, siue sint oblatae a testatore tribus senatoribus; siue eorum vicariis, vtrumque testamentum inter *publica* refero hocque modo ab HOFMANNO d) discedo; simul tamen moneo, vtrumque testamentum esse *testamentum minus solenne atque extraiudiciale*. Quum plures solennitates, quae alioquin in testamentis ex sententia iuris civilis requiri solent, in eiusmodi testamentis cefant, in ipsa reformatione inter testamenta *minus solennia* numeratur. Si tandem consideramus, iudiciale testamentum prius locum habere haud posse; quam si vel ipsi iudici testamentum offertur; vel ei, cui hocce negotium a iudice speciatim sit commissum; neque minus recordamur, nequidem praesentiam notarii in eiusmodi testamento esse necessariam; vel actuarium iudicii iuratum testes comitari debere: plures nobis sese offerunt rationes, testamenta haec in extraiudicialium classem referendi.

c) *loc. laud.*d) *de testamentificatione publica Francofurtiensi, p. 47.*

Zella, Pfl., 1790-1800



f

h.







DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
TESTAMENTIS
FRANCOFORDIENSIVM
CORAM TRIBVS SENATORIBVS
VEL EORVM VICARIIS CONDITIS

17
48

1796,2

Q V A M
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
D O M I N O
C A R O L O A V G V S T O

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET QVESTPHALIAE
LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

CONSENTIENTE
ILLVSTRI IVRISCONSVLTORVM ORDINE
PRAESIDE

C A R O L O F R I D E R I C O W A L C H I O

IVR. DOCT. SERENISSIMI DVCS VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSI-
LII IUSTITIAE INTIMIS AC SERENISS. DVCS GOTHANI ATQVE ALTENBVR-
GENSIS CONSILIARIO AVLICO COD. ET NOVELL. PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO CVRIAE PROV. DVGALIS COMMVNIS ADSESSORE AC SCABI-
NOR. COLLEGII ET IVRISCONSVLTORVM ORDINIS SENIORE

P R O
IVRIVM DOCTORIS DIGNITATE

A. D. VI. FEBR. CILOCCCLXXXVI.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBMITTIT

A V C T O R

F R I D E R I C V S M A R C V S L I N D H E I M E R

MOENO - FRANCOFORDIENSIS,

I E N A E
L I T T E R I S G O E P P E R D T I I.